

tra aliquot momenta illi eripienda sunt. Præfens hæc vita, quæ omnes suas occupat curas, & cancellos statuit desiderii ejus, intra paucas horas finem est habitura; hæc nocte, dixit Dominus miserum illi, qui diuturnam, beatamque sibi pollicebatur bonorum suorum possessionem: hæc nocte repertent animam tuam a te ad meum tribunal rapiendam: animam hanc, quam ideo tantum creaveram, ut me diligeres, & cognosceret, & quæ nihilominus res creatas dumtaxat amavit. Stulte, hæc nocte animam tuam repertent a te. *P. Segneri in Meditatione.*

Sed cupis erunt hæc bona, quæ tanto labore congesta sunt? *Quæ autem parvuli ejus erunt?* Nonne potius videntur a Deo divitiis exponenda tunc fuisse supplicia, quæ ipsi destinata erant, quam suorum bonorum iactura, quæ post mortem ejus erunt fortasse obliganda? sed hujus rei causa hæc est, quod ille est Mundi sectator; & homo terrestrium bonorum mancipium rebus aliis minime attingit. Cum hoc loquimur de bonis, & malis æternitatis, sermonem hunc non intelligit; & majori dolore contabescit audiens, bona sua post ipsius mortem in prodigas manus esse lapsuras, quam si diceretur eidem, ipsam post mortem in demonis potestatem venturam. *Idem.*

Quomodo namque vis persuadere nobis sibi esse cor ab omni cupiditate vacuum, tibi que esse spiritus pauperum Christiano unice necessariam, cum nullum huius rei nobis specimen præbes? Frustra in his commentitiis abrenuntiationibus ad quas temer precipis excitas, consilis, cum interim effectus, qui pendet a te, verbis tuis non respondent. He fallaces sunt protestationes, quas Deo facies, & quæ ipsum magis contra te irritantur. Quo enim ore auderes Deo dicere, te præsto esse, ut illi reddas, quidquid ipse tibi largitus est, quandoquidem illi negas perfectoriam elemosinam in persona pauperis; & quomodo præsto esses ad perferendas calamitates, quæ tuos tibi eripient honores, bona, amicos, exsultationem? ut nihilominus præsto esse debes si vere animus tibi est a bonorum horum amore divulsus. Quomodo inquam haberes hanc in te ipsum potestatem, cum audiens indefinenter prædicari inevitabilem elemosinam necessitatem: mens, cui hæc de re periculum est, sæpe invenit rebelles cor, quod nulla afficitur miseratione? *Abbas du Jarry.*

Legi fine horrore non possunt maledicta, quibus divites in scripturis sanctis percutiuntur, & moralis impotentia salutem suam procurandi per celeberrimam illam comparationem cameli, & asinus. Divites terræ, Principes mundi, qui omnem spem vestram in mundi huius bonis constituitis, ululate, quia corrupta sunt divitiæ vestræ, & vestros auri, argenteique cumulos Deus abominatur. Væ vobis, qui iniquitatem, ac peccatum veluti in triumphum trahitis; Væ vobis, qui in singulis diebus hæreditates hæreditatibus coacervatis! Væ vobis, qui de rore cæli, ac pinguedine terræ saginamini. Plena sunt horrea vestra, & cellaria vestra redundant: sed dies Domini adventat, tamquam fur, ut vos deprehendat in tenebris. Cum creditis pace tranquilla, & perfecta frui securitate: cum dicitis, iramur bonis nostris; accedit mors que omnem vobis aufert spem vite tranquillæ, & beatæ. O vos insipientes; hæc ipsa nocte reperietur ex vobis anima vestra: & patrefamilias contra servum nequam jure irritatus jubebit illum projici in tenebras exteriores, ubi tantam habebit causam fuz calamitatis deplorandæ, quantum habebat spem fore ut ejus felicitas semper esset duratura. Tunc ille intelliget, quam male omnem confidentiam suam constituerat in his divitiis iniquitatis, quæ in omnem æternitatem non proderunt; quæ ad alendum æternum incendium, quo comburentur. *Abbas du Jarry, & recentis Auctoris.*

Ita est, Fideles, ne dissimulemus; hæc avaritia omnibus sæculis maximum fuit periculis impedimentum. Eamque, si dicere fas est, in mundo in contemptum adduxit. Hoc Hæreticos ad dicendum impellit, eosque in nos adeo eloquentes fecit. Abusus hic, quem illi deprehenderunt in saniori Fidei parte, non nisi ob avaritiam Ecclesiasticam statum amplectendi ad honorificos sibi redditus comparandos, ad insignem dignitatem aliquam obtinendam, ad possidendam, ut inquit Propheta, Dei ianuarium in hæreditatem; ad

Homo sua opera diligens in morte magis de illis sollicitus est quam de se.

De secreto amore terrenorum bonorum.

Quam periculosum sit divitiis; malis, quæ illas sublequantur.

Ecclesiastici esse debent ab omni cupiditate vacui.

familiæ bona agenda, æstimandasque dignitates, & beneficia tanti quanti reditus, ac stipendia æstimantur. Aviditas hæc, quam in nonnullis Ecclesiasticis deprehenditur, hic ardor metendi temporalia, ubi levantur spiritualia, sacris nequaquam sese immiscens ministris, neque illis curas suas impendentes nisi juxta mensuram emolumentorum, quæ inde percipere poterant: Zelus hic adeo acer, & inquietus, quem in aliis observatur, in juribus suis persequendis, cum tamquam Principes assurgunt, & querunt seipfos quibusdam honoribus pascere sub specie animas pascendi: Hæc æmulatio, quam inter varias societates deprehendunt in prædicandis quibusdam devotionibus que illis utiles erant ob populos ad se trahendos: hæc omnia, o fideles, vulgatissima sunt argumenta, in quæ Ecclesiæ inimici censuras suas excrucerunt, & in quibus triumpharunt. *P. Bourdaloue in Dominici.*

Hæc de causa Dei Filius mittens Apostolos suos ad Evangelium prædicandum volebat illos summa cum integritate operam suam ponere. Hæc de causa etiam que etiam illis commendabat, ne quaererent honores, neque dignitates, neque prima sublella in regno suo quod est Ecclesiæ. Hæc de causa Apostoli tantopere laborabant, ut in ministerio suo obeundo omnem a se cupiditatis suspensionem amoverent. Illis quippe perfectum erat, se alioquin animabus professe non posse, & ex quo in Apostolicis suis numeribus obeundis aliqua deprehenderent cupiditas, omnem sibi fidem ademptam iri, ac neminem ne aures quidem ipsi adhibitorum. Hæc de causa S. Paulus Corinthios erudiens ostendebat illis characterem integritatis, ut in omnibus sui Apostolatus laboribus, efficiat, ut ab omni humana cupiditate expeditus esset. Heu! Fratres, dicebat illis, considerate nostram vivendi rationem, utrum nos inanis gloria, vel spes temporalium bonorum nos tangat. Quid adhuc recipimus, & quod ad hanc pettinere vitam, quem fructum ex nostris laboribus habuimus? Ceterum, concludit Apostolus, si hæc vobis dico, ideo dico, ut intelligatis, nos laborantes apud vos, vobis tantummodo laborare, non nobis; & vos ipsos tantummodo quære. *Idem.*

Hominum perique plures divitias faciunt, quam valetudinem, honores, existimationem, patriam, affines. Cupiditas hæc omnem terræ faciem vallavit; nihil illam valet extingueri; omnia illam inflammant, viri, uxores, liberi, servi, divites, pauperes ad illam fovendam pro virili parte aliquid conferunt. Divitibus inextinguibilis est aviditas, & licet omnes mundi divitias essent atque, nunquam congerere cessant: Pauperes eos exæquare, immo etiam superare vellent: hic furor est nullis terminis habens: hæc ægritudo omnem sustulit amicitiam: non agnoscunt amplius amici, consanguinei, propinqui; homines non amplius benevolentia prosequuntur filios suos, non uxores, ubi de re sua agitur; fatalis hæc lues animos suo imbuat veneno. *Ex opusculis S. Chrysostomi.*

Divitiarum amor tamquam crudelis tyrannus, atque non ferendus, vel tamquam scortum infame inhiat obruit malis eos, qui sese illius servituti devotent. Sed quantumvis dura sit illa tyrannis, dulcis videtur, & amat: quamvis quotidie videantur glârii vagina educti, aperta præcipitia, scopuli, supplicia, non lugentur illi, qui hujusmodi bona sentiunt, beati esse creduntur, omnes se hoc torrente trahi finant; homines feruntur avaritiæ motum, & oblectantur eadem ferme ratione, qua animalia quædam limo, & foribus oblectantur. Licet hæc ægritudine laborent, miseriam tamen suam minime sentiunt, ibique voluptatem inveniunt; non ideo tamen res hæc realis est, & effectiva voluptas; sed illi rectæ rationis usum amiserunt, & in statu magis misero versantur, quam insipientes. Quomodo autem cupiditati ad-o violentæ asserri medicina potest? Hoc fieret, si attenti esse vellent rationibus, quæ possunt asserri: divitiis non faciunt, ut aliquis sapientior sit verecundior, temperantior, humanior, clementior, prudentior, magis sobrius, minus in voluptatibus proclivior; non docent modestiam, non humilitatem, non aliam quamlibet virtutem, atque propter hoc inquiruntur. *Idem.*

Qui divites fieri volunt, Apostolus inquit, vincuntur Demonis tentationibus, incidunt in ejus laqueos & in desideria noxia, vel inutilia, quæ ad-

Integritas Apostolorum laeva imperna I. C.

Avaritiæ virus in omni facie se effundit, ut omnem consideratorem inhiat.

Divitiarum amor cum vitio est, ut non potest.

Quare S. Paulus eorum pacem ad-

interitum eorum qui se mancipant avaritiæ.

adducunt homines in interitum. Verba illius a-pertissima sunt. Et profecto nos admonet JESUS CHRISTUS. Cæli aditum fere inivium esse divitiis sæculi, quid ergo illis erit, qui divites fieri volunt? Nam præter temporalium bonorum amorem, qui illis est cum primis communis, nonne plurimis aliis criminibus sunt obnoxii? Sola restituendi necessitas, qui perquam raro fit satis, sigillum addit sententiæ mortis, quam fert S. Paulus in eos, qui divitiis deperunt; etenim dicitur non unquam citra iniustitiam? fere nunquam. Et sunt qui animam inducere valeant, ut ea abiciant, quæ iniuste possident? fere nunquam. Possessor injustus salvari ne potest nisi restituat? Nequaquam. Jure igitur suo tenet Apostolus, certum esse quodammodo eorum interitum, qui divitiarum cupiditati se mancipant. *P. Segneri Medit.*

Nemo nimis sibi potest attendere contra divitiarum tentationem, ne omnino illa superetur, contra illam videlicet inexplebilem terrenorum bonorum aviditatem, quæ in cordibus nostris totient iniquitas, ac inordinata desideria; contra tenendam superbiam, quam illis inspirant, a quibus possidentur; contra cæcæ ambitionem, quæ volunt, ut omnia pendeat a se, cum ipsi a nemine pendere velint; contra tentationem hanc, quæ illis suadet, ut bonis suis non utantur, nisi ut suis cupiditatibus faciant satis, & ut in omnem nefas ruant; vel denique ut pretiose aurum, argentumque suum in thesauris suis servent; illi sacrificantes, ut ita dicam, omnes labores suos, vigiliis, & curas, quia tamen nunquam ea in illos usus adhibeant, in quibus essent potissimum adhibenda; seu ut gratis dent mutuum illis, qui extrema laborant inopia, seu ut ægotantibus omnium indigentibus servent opem, seu ut sibi proventum pauperibus, seu ut orient, & reparent aras, ac templa. Nunquam satis Deum precaris, ac obsecrari postulas, ut nos præservet ab his omnibus noxiis, quæ adeo familiares sunt divitiis sæculi, quos in eum statim adducunt, ubi vix, & he vix quidem possunt salvari. *Ex libro sui titulus. Modus recitandi orationem Dominicam.*

Intelligite quæso, quam turpiter erent, qui putant se ideo divites esse super terram, ut superbi sint, magnifici in vestimentis, convivii, & suppellectili. Vobis periculum sit, eos omnes, qui magis possident divitias, coram Deo non esse credita sunt bona, ut eorum sint dispensatores secundum mentem illius; quæ est, ut securi per divinam providentiam suæ legem, suppedite pauperibus, quæ illis creaturæ sunt, ea quæ ad videri sunt necessaria; ita in divitum persona præsto habeat fideles suorum consiliorum ministros, cum illis reliquit omnium eorum bonorum dispensationem, quæ in eorum manibus possit. Unde sequitur, nihil ex his magis opibus, quibus distulit, nihil inquam non nisi in pauperum auxilium esse impendendum, postquam ubi sunt eo, quod sibi familiaris fuz secundam Christianæ providentiæ regulas esse necessarium. *Ex eodem libro.*

Siste illa misericordia pauper in ære alieno positus jugular; ad extremum usque quadrantem tota debiti æris summa repositur, quacumque in necessitate debitor sit. Nulla odiuntur rationes, excusationes, preces; oculi clauduntur, ne illis videatur calamitas: totius familiæ gemitibus aures obstruunt. Sed homo rationis parti-

Quam periculosum sit divitiis esse.

Divites putant bonis suis propterea esse.

Savitiæ eruditiorum in debitoribus suis.

ceps quam prætere potest causam tante crudelitatis? Avaritiæ, cupiditatis, habendi libidini nunquam deerunt prætextus? Crederent se injuriam facere filiis, hæreditibus, familie, officisque suis, si aliquid de ære sibi debito immiuerent. *P. Croiset in Aeternis Exortationibus, tom. 3.*

Divites sunt hoc idolum, cui omnes vota faciunt. Cupiditas thesauros thesauris agglomerandi tyrannus est, qui multa sibi subicit mancipia. Durus est dominus, qui præcipit imperiosus, & cui non nisi cum maximo damno servitur; sed tamen servitur. Verum potestne serviri Deo, tempore eodem, quò mundo servitur, quò servitur cupitati suæ, quò Deo divitiarum? Vel dicam melius, eo tempore quo cor traditur cupiditati quò illi requies, & ipsa valetudo sacrificatur: nonne illi etiam æterna salus, & anima etiam sacrificatur? Errorem tandem abiciamus. Deus non patitur divisionem. Si cor alerius est, suum non est. Nemo duobus simul dominis servire potest. Si alteri servitur, alter deserendus est. Nimis invicem oppositi sunt; characteris sunt nimium diversi. Ateritrum amare est odisse alterum, quia officia, quæ postulant, sunt secum pugnantia. Postulat Deus cor ab omni terrestrium bonorum affectione vacuum; mundus vero postulat cor patens creatorum bonorum desiderio. *P. Croiset ibidem, Tomo 5.*

Infinis sibi thesauros acquirerent, non igno- rant avari, si in eorum, quæ possident, partem vocarent pauperes: atamen servant pecunias suas, easque insodunt. Præferunt voluptatem habendi terrenas opes divitiis, quæ illis promittuntur in Cælo; gestiunt potius sese penis æternis obicere, quam suis carere thesauris. Hi sunt effectus cupiditatis oculorum: quia vim non habent affectibus suis imperitandi, accedunt intra se ignes, quibus devorantur; quò magis se contentos esse putant, eo sunt miseriores; hæc enim non extrema est Demonis ars aliquam immiscere voluptatem doloribus, quos patiuntur, ut minus suam sentiant calamitatem. Inconstans est eorum ingenium: simul tristes sunt, atque gaudentes. *Ex Opusculis S. Chrysostomi.*

Divitiarum amor in Judæis venia dignus erat, quibus Deus illas proponebat, tamquam fidelitatis illecebram, atque mercedem. Promissio, qua in singulas horas, se illos locupletaturum pollicebatur, erat veluti honorificum suæ æstimationis indicium, quod norma esse poterat eorum affectui, & errassent, uti videtur, si mala credidissent illa esse, quæ in ore Dei tamquam virtutis pretium habebantur. Sed turpis hæc cupiditas nullam hodie apud Christianos excusationem admittit. Divina Majestas mutato sermone, jubet omnes homines mutare desideria, & cum videtur Dei Filius tam crebro divites in Evangelio condemnare, ac in illos anathemata, & maledicta proferre, profecto sin minus opes odisse tenemur, non deest sane magna earum timendarum causa. Quod illi in prima lege aculeus fuit, & illicium virtutis, modo factum est vitiorum omnium radix, & fons. Quod in ordine Providentiæ causa erat, propter quam homines suo munere fungerentur, modo instrumentum est, quo demon utitur ad eos corrumpendos, atque perendos: & hæ ipsæ divitiæ, quæ efficebant, ut Dei Verbum audirent, & fructum parerent in cordibus, secundum Salvatoris ipsius testimonium, suffocant illud, & prohibent, ne fructum aliquem ferant. *Ex vita Cardinalis de Berulle.*

Errat, qui credit: se Deo simul, & divitiis servire posse.

Avari mendaces sunt, & divites præferunt leccibus.

Divites, quæ in lege veteri fuerant virtutis illecebræ, factæ sunt hodie in die ejusmodi excidium.



# BAPTISMUS.

Obligaciones, quas per Baptismum contraximus; Nomen Christiani, quod ibi recipimus.

## MONITUM.

**I**n hoc de Baptismo, & obligationibus, quae per illum contrahuntur, argumento notandum est, nonnulla adesse, de quibus fideles sunt erudiendi; sed quae Catechesim potius decent, quam concionem. Huiusmodi sunt ritus illi, qui ante, & post hoc Sacramentum adhibentur; dispositiones, quae in Adultis eodem abluendis requiruntur; quinam debeat esse Minister, quae materia, quae forma; quae omnia ad Theologos potius pertinet, quam ad Concionatores.

Nos igitur hoc in loco supponemus, fidelibus haec omnia comperta esse & explorata, atque eorum assertum, quae necessaria videntur, ut veritas aliqua, vel aliquid morale documentum eliciatur.

Neque susus de Sacramenti huius necessitate loquar, quod Patres Christianae Religionis iamquam, fundamentum, vel basim appellant, cui reliqua inniuntur omnia; neque de illius praesentia verba faciam, sed ea tantum sequar, quae pertinent ad fidelem bis sacris initiatorum officia, ad Christiani qualitatem, qua induuntur, & denique ad necessitatem sustinendi pro dignitate hoc nomen praestantissimum, innocentia videlicet, & morum integritate; atque colligemus simul quaedam huius aptius argumento ubiqueque deprehendere contigit.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum huius argumenti structura.

**I.** DE illis obligationibus, quae sunt cum Christiani qualitate conjunctae, quam in Baptismo recipimus. Ostendendum est, triplicem utilitatem, quam nobis haec qualitas confert, quaedam nobis imponere officia ad eandem utilitatem rationem quamdam habentia. 1. Qualitas Filiorum Dei, quae per Baptismum insignitur, nos cogit, ut in illa fatis pro dignitate assequamur, eiusque vitae ratione respondeamus; quaedam animae magnitudinem pra nobismetipsis feramus, qua non nisi cum sancta superbia ea despiciamus, quae minora sunt Deo; & putemus, nos majorem honorem consecutos ex hac Christiani qualitate, quam ex alio quovis munere, quantumvis nobilissimum sit, exemplo Sancti Ludovici, qui nomen ex Baptismi sui loco desumebat seipsum pro Christiani, quam pro Regis qualitate existimans nobiliorem. Hac nos adigit, ne finiamus eam in nobis fordescere, vel abiectis, turpibusque sententiis, vel impie, & flagitiose factis, quae nos in demonis servitute detrahant. Denique nobis in mentem revocans Deum esse Patrem nostrum, efficit, ut cogitemus Caelum patriam esse nostram, ad quam nobis totis viribus contendendum est; terram vero tantquam locum exilii, ubi jugiter nobis est illacrymandum.

2. Qualitas membrorum JESU CHRISTI, quam in eodem Sacramento recipimus, nos cogit, ut quocumque pretio per fidem, & gratiam eam servemus unitatem quam cum eodem acquirimus; ut semper eodem spiritu ac ille animati sumus; ut eisdem ac ille sensus foveamus, ut eandem ac ille vitam vivamus, ita ut cum Sancto Paulo dicere possimus, in nobis vivere, velle, cogitare, agere JESUM CHRISTUM; ut evitemus ea omnia, quae unionem hanc, vel infringere, vel infirmare possunt; ut vivamus vitam fidei, quandoquidem per hanc tantummodo fideles sumus; ut corpori nostro nullam inferamus contumeliam flagitiorum nostrorum obsecitate, non obliiti nos esse JESU CHRISTI membra; & Christiani hominis imputitatem a quadam sacrilegii specie non abhorre.

3. Cum per Baptismum Christianifideles evadimus, evadimus etiam Spiritus Sancti Tempia; nos ergo sperare debemus tamquam aliquid sanctum, & sacrum, ideoque Sanctus Paulus Christianos Sanctorum nomine appellat. Si Tempiorum, Sacrorumque vasorum profanatio tantum scelus est, ut in illud severioribus suppliciis animadvertit Deus; quanam feveritate nos excipiet; si per peccatum polluerimus animas nostras, quae Templum sunt Spiritus Sancti? Si tanto zelo flagrat propter materialium Tempiorum honorem, quid tandem fiet

ubi de spiritualibus Templis agatur? Si quis autem Templum Dei violaverit, disperdet illum Deus; Templum enim Dei Sanctum est, quod estis vos. Spiritus Sanctus residet in nobis, ille quodammodo anima est animae nostrae; debemus sequi motus illius, vereri debemus, ne illum suffocemus in nobis, quod sane praestamus, cum illius gratia resistimus, affectibus nostris obtemperaturi &c. Hoc systema desumptum est ex *considerationibus Christiani Patris Nepveus* tomo secundo die secunda.

Quemadmodum praecipuus Baptismi effectus est gratiam conferre, quae nos acceptos praebet in oculis Dei, cum antea essemus invisibiles, & filii irae, ut loquitur Sanctus Paulus; pro concionis argumento desumi potest. 1. Pretium, quod a nobis faciendum est gratiae, vel in Sacro Fonte recipimus, quae sanctificans, vel iustificans nuncupatur; quandoquidem nos Sanctos, & justos efficit, qui antea nequam eramus; gratia quae nos ad dignitatem filiorum Dei evehit; ubi explicandum erit, quomodo haec adoptio Divina perficiatur in nobis. Secundo loco ipsa nos ab originali peccato liberat applicando nobis virtutem sanguinis Dei; ubi fufius sermo haberi poterit de muneribus, infusisque virtutibus, quae gratiam hanc subsequuntur; ac tandem ostendendum jus erit, quo ad Caeli haereditatem donamur.

2. Cura, quae nobis haec gratia servanda est; & quid ad hoc requiratur, constituit exactam earum rerum observantiam, quam in Baptismo sumus polliciti.

Primo. Cum Baptismus lavacrum sit, in quo ab omni originali peccati labe, omnibusque aliis fordibus abluimur, si quas unquam contraximus antequam elueremur; toto peccatore evitanda a nobis sunt actualia peccata, quae nos coinquinant, atque efficiunt, ut gratiae Baptismalis iacturam faciamus.

Secundo. Cum per hanc regenerationem famus quaedam veluti nova creatura, veteris hominis studia a nobis exuenda sunt, & vita prorsus spiritualis, & Sancta vivenda.

Per Baptismi gratiam evadimus Filii Dei, & simul etiam Ecclesiae filii; quae duae qualitates concionis partitionem possunt suppeditare.

1. Facti sumus per Baptismum Filii Patris Coelestis, qui nos adoptavit, ut effemus Haeredes regni sui, & cohaeredes JESU CHRISTI Filii sui; ubi ostendi potest ea similitudo, quae inter divinam Salvatoris Filiationem, & nostram intercedit; & mox discrimen illud, quod est inter eorum adoptionem, quos Deus sibi eligit in filios, & adoptionem hominum iis in locis, ubi adhuc intervenit. Haec enim non efficit nos periclitiores; sed

fed adoptio Dei nos Sanctos facit, nos suis muneribus cumulat, & nobis majorem, quam ceteris quibuscumque rebus dignitatem imperit.

2. Sumus etiam Ecclesiae filii, quae nos suo recipit sinu, atque in fidelium, filiorumque suorum numero recenset; debemus ergo eidem parere tamquam Matri, sensus illius sequi, adimplere praecipua, atque finire, ut nos omnino regat velut filios obedientes, & perfecte subiectos. Christianus, qui vitam ducit abnormem ab eo, quod in Baptismo professus est.

1. Monstram esse in Ecclesia; nam sub capite sancto flagitiose vivit.

2. Scandalum esse omnium fidelium, quos suis moribus, & sua nequitia dedecorat.

3. Suam fidem, cultumque obijcit Ethnicorum, & impiorum opprobriis.

De Christianis improbis non viventibus secundum dogmata fidei, quam in Baptismate receperunt.

1. Ostendunt actionibus suis sibi non majorem esse fidem, quam Ethnicis, qui pertinaciter nihil credere volunt, licet tot aptissimis argumentis veritas religionis nostrae probeatur.

2. Suam abijciunt fidem, postquam illam acceperunt, quemadmodum Haeretici, qui infelicissime in Apollasiam inciderunt.

3. Flagitiis, ac sceleribus suis fidem suam persequuntur crudelius, quam Tyranni, qui majori odio illius querebant inierunt. *Auctor sermonum in omnia Christiana moralia argumenta sermon. 9. de Adventu.*

De nomine Christianorum, quod in Baptismo recipimus ostendendum est.

1. Obligationem, quae est cum illustri hoc nomine necessario conjuncta, esse vitae sanctitatem; ita ut, qui non conatur, Sanctus fieri, sit Christianus aequivoceus, & nomine hoc prorsus indignus.

2. In qua re consistat Sanctitas acquirenda vi promissionum earum, quae fecimus in Baptismo. *Idem serm. 13. de Adventu.*

Primo cum Baptismus sit mors peccatorum omnium; illum recipientes mori debemus vitis omnibus, omnibus inordinatis affectibus, omnibusque studiis pravis, quorum adducit nobismetipsis principium gerimus, videlicet concupiscentiam, quae in nobis post baptismum permanit.

2. Est etiam vita nova, nova nativitas, & quemadmodum in Scripturis vocatur, regeneratio, quae nos adigit, ut vivamus secundum gratiae motus, & Evangelii praecipua Mundi praecipis; quae abdicamus, prorsus opposita.

Fidelis, qui per Baptismum Christianae militiae nomen dedit, primo oppugnare, & expugnare debet omnia vitia, omneque incompósitos affectus, qui sunt peccati originalis reliquiae.

2. Sequi, & imitari debet JESUM CHRISTUM Ducem suum, cujus servituti sese omnino devovit.

Quandoquidem per Baptismum palam professus sumus futurum, ut Dei Filium perfectius, quam fieri posset, sequeremur, ac imitaremur; eundem exhibere debemus.

1. In temporali nativitate per spirituales regenerationem, quam recipimus, & cujus imago Baptismus est, quemadmodum animadvertimus: Nobis ergo ducenda est vita omnino spiritualis, atque illi conformis dignitati, ad quam per hanc nativitatem sumus evehti.

2. In morte illius, cujus viva quaedam representatio Baptismus est, iuxta illa Pauli verba: *quicumque baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus.* Debemus ergo esse mortui mundo, & ut ille, esse Crucifixi; hoc est nullis terrae hujus voluptatibus debemus affici, crucem gestare, ac tandem vitam vitae illius similem ducere perfecta mortificatione debemus.

Quid debeamus Deo per Baptismi gratiam quam pra tot populi, qui nobis nequaquam indigniores erant, recipimus.

1. Debemus Filio Dei perfectam gratitudinem ob magnitudinem hujus beneficii, aliorumque omnium, quae in hoc Sacramento recipimus.

2. Debemus eidem diligentissimam, & generosam fidem, ut mentem illius adimpleamus, per quem Spiritus sui, & luminis fidei suae nos fecit participes; scilicet, ut doctrinam illius cognoscamus, eisque sequamur exempla: ad quae omnia summa cum fide servanda solemnibus *Ju-Hendry Bibl. Tom. I.*

ramentis nosmetipsos adegimus.

3. Debemus illi myrticam mortem; hoc est perfectam abdicacionem eorum omnium, quae prohibere possunt, ne gratia ipsius pateamus affatibus. *P. Texier in Quadragesima.*

Christianus per Baptismum ad filii Dei dignitatem elatus tria debet potissimum animadvertere in ea, quam obtinet, felicitate.

1. Ipsi persuasum esse debet incomparabilem felicitatem a Dei amore esse profectam, ideoque sincere, ac fideliter fieri debet se ex mera Dei charitate divinam adoptionem esse consecutum; ideoque debet humilitatis, & gratitudinis sensus fovere.

2. Magno habere debet in pretio eas utilitates, quas in hac adoptione nanciscitur.

3. Concilium certissimum iniri debet vitam agendi, quae adoptionis suae praesentiam deceat.

De gratiae excellentia, quae in baptismo, vel in secunda justificatione per poenitentiam recipitur.

D. Thomas in quodam opusculorum suorum sanctificanti gratiae, quae ibi recipitur, tres eosdem assignat effectus, quos anima corpori animato communicat; videlicet, vitam, motum, & sensum: Similiter gratia animae tribuit

1. Supernaturalem charitatis vitam, cujus praesentia ostendenda est.

2. Motum erga Deum; cum enim anima ex se illum quærere, & ad se illum usque attollere nequeat; ad id principium supernaturale requiritur.

3. Gustum, & sensum rerum divinarum. *P. Texier in mysteriis Domini.*

Theologi una cum Sancto Thoma tres praecipuos baptismatis effectus agnoscunt, ex quibus praclarata ad morum disciplinam educere possumus documenta, atque concionis argumentum, & partitionem efficere.

Primum est originalis peccati remissio in pueris, & reliquorum etiam actualium peccatorum in Adultis cum poenis omnibus, quas merebantur. O praclarum beneficium! O medicinam suavissimam, simul & efficacissimam! quam debemus Deo pro incomparabili hoc beneficio gratitudinem?

Alterum gratiae sanctificantis infusio cum spiritu Sancti muneribus, & virtutibus, quae illa concomitantur.

Tertium impressio nobilissimi characteris, qui animae inuritur, ut fidelis ab infidele distinguatur.

Tres propositiones, quae suppeditare possunt argumentum concionis.

1. Gratia baptismi pretiosa est, nunquam satis estimanda, & quae peculiarem grati animi sensum requirit.

2. Saepius animo reputare debemus obligationes, quas ipsi contraximus, pretiosam hanc in baptismo gratiam recipientes.

3. Haec tamen obligationes terrorem nobis incutere non debent, Dei quippe Filios nobis valida suggerit auxilia, ut bene nostro munere perfingamur. *Lambert homilia in festum Sanctissimae Trinitatis diem.*

Pro concionis in hoc argumento partitione desumere possumus etiam Christiani qualitatem, quae in baptismo recipitur, & illa officia, ad quae explenda sacro fonte ablutus adigitur. Haec autem variis modis offerri possunt. 1. Christianae religionis gratia; & fidelitas; quae eidem respondendum est. 2. Quid Deus pro nobis fecerit, & quid nobis pro Deo faciendum sit. 3. Quid in baptismo recipimus, & quid in eodem promissimus &c.

Possimus etiam in homine Christiano perpendere: 1. nativitatem per baptismum. 2. Jus quod inde assequitur ad Regnum Caelorum. 3. Eius officia, & quid sit ipsi praestandum.

## PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde elici copia queat ad propositas concionum structuras elaborandas.

Sanctus Augustinus librum de Puerorum baptismo composuit.

Idem, l. 4. contra Donatistas c. 25. loquitur de effectibus baptismi in Pueris.

Idem de eadem re loquitur etiam contra Pelagianos, tom. 10. serm. 14.

Idem sermonem habet de illis, qui gravi laborant.



tantes morbo, & in mortis periculo constituti baptismo abluebantur. *Serm. 164. de temp.*  
 Idem *l. 1. contra Iulianum c. 2.* loquitur de donis que recipiuntur in Baptismo.  
 Idem *l. 1. de peccat. merit.* de baptisimo, & Eucharistia necessitate verba facit.  
 Idem in *Enchiridio cap. 119. & 120.* de baptisimo efficacia differit.  
 Idem *tractatu 5.* in Sanctum Joannem loquitur de Baptismo Joannis, & JESU CHRISTI.  
 Idem *l. 13. cap. 7. de Civitate Dei* loquitur de Baptismo sanguinis aque Baptismo suppletis: & *lib. 4. de Bap.* verba facit de aliis Baptisimi speciebus, scilicet de Baptismo fluminis.  
 Idem in *Enchiridio* ostendit quomodo Baptismus Salvatoris morte exhibeat.  
 S. Hieronymus *epist. 83. ad Oceanum* probat pluribus rationibus, & naturam, & baptisimi virtutem decussisse, ut aqua a Deo in hujus Sacramenti materiam eligeretur.  
 Sanctus Ambrosius *lib. 1. de initiandis eos,* qui Baptismo initiantur, hortatur, ut summa cum fide ea, que ibi polliciti sunt, adimpleant.  
 Idem *l. 1. de Sacramentis,* vel cujuscumque opis illud sit, ad idem hortatur.  
 S. Cyprianus de duplici martyrio ad Fortunatum loquitur de scelere eorum, qui post acceptum Baptisimum fidei abrenuntiant.  
 Idem sermonem habet de JESU CHRISTI Baptismo.  
 Idem loquitur de fidelem Baptismo in *Epistolis 67. 76. 73. 76.*  
 S. Basilii sermonem habet de Baptismo.  
 S. Gregorius Nazianzenus *orat. 40.* loquitur de effectibus Baptisimi, & quid a nobis petierit Deus nos evocans ad baptismum.  
 S. Chrysostomus *tom. 5.* adhortationem habet ad recentem Baptizatum, ubi illos erudit de hujus Sacramenti virtute.  
 Idem exhortatione 3. in cap. 3. Sancti Matthai ostendit fidelem post Baptisimum contemnenda esse omnia mundi bona tanquam seipso indigna, sibi que admitterent, ut vitam fidei sue conformem efficiat.  
 Tertullianus librum habet de baptismo, de quo loquitur etiam in *Apologetico.*  
 S. Cyrillus Hierosolymitanus in *Bibliotheca Veterum Patrum* plures habet hac de re Sermones, quos *Baptizatorum Caschotes* appellat.  
 S. Bernardus de hoc loquitur: *Serm. de tempore in Cena Domini.*  
 S. Bernardinus *tom. 4. serm. 14.*  
 Patianus Barchinonensis in *Bibliotheca Veterum Patrum tom. 3.*  
 Josephus Vicecomes egregium edidit volumen de antiquis baptisimi ritibus omnigenę doctrine referentissimum.  
 Petrus Canisius *tom. 3. c. 2.*  
 Joannes Vitali *speculo morali.*  
 Raynerius de Pisis prolixum edidit tractatum in *Pantheologia.*  
 Pater Coton in *Catholica institutione tom. 2. tract. de Sacramentis c. 26.* loquitur de baptisimi necessitate.  
 Jacobus Marchantius in *Horis Pastorum tract. 1. lect. 1.* sermonem habet de Christiani nominis dignitate.  
 Idem in *candelabro mystico tract. 2.* fusius verba facit de his omnibus; quę ad baptisimi sacramentum pertinent.  
 Considerationes in varia Religione, & moralis argumenta *tom. 1.*  
 De S. Martha Presbyter in *monito super relevationem promissionum baptisimi.*  
 Moralit Christiana in *Pater tribus articulis* tractat regenerationis nostre excellentiam, dignitatem ad quam baptismus nos evehit, & Dei erga nos in hoc Sacramento liberalitatem.  
 Liber, qui inscribitur, purus, perfectusque Christianismus Patris Ludovici Camaret *cap. 3.* loquitur de Originali peccato, & de ejusdem post baptismum reliquiis.  
 Pater Mathias Faber sermone in festum Trinitatis diem de Baptisimo obligationibus loquitur.  
 Idem in parte altera sermonis 8. in 3. Dominica Adventus, & sermone 6. quartę Dominicę. Idem loquitur de officio Christiani qui Baptismo ablutus est *Serm. 5. in die festo S. Andrea, & Serm. 7. Circumcis.*  
 Pater Texer sermone pro 6. feria post 1. Qua-

*dragesima dominicam* loquitur de obligationibus, quas in Baptismo contraximus.  
 Idem in *sermone pro die Pentecostes* agit de secunda Christiani nativitate, & de divina adoptionis dignitate.  
 Molinier *Sermone pro feria sexta post primam Quadragesime* Dominicam comparationem instituit Piscina cum baptismo, & poenitentia.  
 Lambert *homil. 75. in Evangelium diei festi Trinitatis* loquitur de Baptismo.  
 Sarazin in *Adventu Sermone 25. de Spiritu religionis* &c. verba facit de votis, & promissionibus Baptisimi.  
 Auctor sermonum in omnia Ethicę Christianę argumenta *Serm. 13. de Adventu* agit de Christiani nomine, & muneribus, quę illud nobis imponit.  
 Pater Lezeune Presbyter Oratorii *tom. 6.* quatuor habet sermones deinceps, primum de necessitate Baptisimi, alterum de viribus illius, tertium de materia, & forma hujus Sacramenti, quartum de adoptione divina, ad quam nos extollit.  
 Ludovicus Granatenensis *titulo Baptisimus Berchorius, Labata &c.*

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Estes, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Matth. 28.

Effundam super vos aquam mundam, & mundabitini ab omnibus iniquitatibus vestris. & dabo vobis cur novum, & spiritum novum ponam in medio vestri. Ezech. 36.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Marci 16.

Fuit Joannes in deserto baptizans, & predicans baptismum poenitentis in remissionem peccatorum. Idem, c. 1.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Calorum. Joann. 3.

Ego baptizavi vos aqua, ille vero (Christus) baptizabit vos Spiritu Sancto. Marci 1.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus. Joann. 13.

Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum. Act. 2.

Namquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt sicut & nos. Ibid. c. 10.

Quid moraris exurge, & baptizare, & abluere peccata tua, invocato nomine ipsius (Christi). Ibid. cap. 22.

An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Ad Roman. 6.

Consepulti sumus cum illo, per Baptisimum in mortem; ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus. Ibid. 6.

Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati. Ibid. 6.

Et hæc quidam fuisse, sed ablusi estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. 1. Ad Corinth. 6.

Ut illam (Ecclesiam) sanctificaret, mundans lavacro aque, in verbo vite, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ad Ephes. 5.

Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ad Galat. 3.

Non omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israeli; neque qui semen sunt Abrahę, omnes filii. Ad Rom. 9.

Eramus natura filii ire sicut & ceteri. Ad Ephes. 2.

Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. Ad Roman. 3.

Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Ad Coloss. 3.

Non

Non ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti. Ad Tit. 3.

Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma. Ad Ephes. 4.

Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c. & prolapsi sunt, iterum renovari ad poenitentiam. Ad Hebr. c. 4.

Voluntarie peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquatur pro peccatis hostia. Ibid. c. 10.

Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Ad. 1.

Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium creature ejus. Jacobi 1.

Quod & vos nunc similis forme salvos facit Baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientie bone interrogatio in Deum, per resurrectionem Jesu Christi. 1. Petri 3.

Melius erat illis non cognoscere viam iustitię, quam post agnitionem, retrorsum converti. 2. Petri c. 2.

Satagite ut per bona opera, certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Ibid. c. 1.

Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donavit: ut per hæc efficiamini divine consortes nature. Ibid.

Vos vero genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. 1. Petri c. 2.

Tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, & aqua, & sanguis. Epist. 1. Joann. 5.

Exempla, vel Figura Veteris Testamenti.

CUM Baptismus primum fit novę legis Sacramentum, de hoc in lege veteri sermo non est, nisi in figuris, quę illum præfigunt, quarum hic afferam præcipuos.

Prima est circumcisio, quam præcepit Deus Abrahę, & omni illius posteritati tanquam signum fœderis, quod cum illa percussurus erat; & tanquam Charactere, quo populus suus a reliquis nationibus erat distinguendus. Tunc præceptum illud ejusdem erat necessitatis, cujus nunc est baptismus, licet non illa justificaret Circumcisio; sed Parentum fides in pueris; in Adultis vero fides actualis in Messiam, quem præstolabantur de femine Abrahę nasciturum; Masculus cujus præputii caro circumcisio non fuerit, debetur anima illa de populo meo, quia passum meum tritum fecit.

Afferit Sanctus Petrus diluivium, quod universam terram submergit; & ipsum fuisse baptismi figuram; quod & vos, inquit ille, similis forme salvos facit Baptisma. 1. Petri 3. Hoc diluivium fuit Universale, abstergit sordes omnes terre; quibus illa fuerat coinquinata, & tanquam Mundum novum effecit: quod satis apte representat ea, quę accidunt in Baptismo, qui a nonnullis Sanctis Patribus diluivium peccatorum vocatur.

Sanctus Paulus etiam testatur maris rubri transitum esse baptismi figuram, & cum Sancto Augustino dicere possumus, cum exhibetur Ecclesia sacro fonte abluendi, similes nos esse Israeliis; cum illos persequerentur Ægyptii. Utrinque Deus aquas tanquam mœnia firmaverat transitum illis præbuitur, cumque illi sicco pede mare prætergressi sunt, hostes aquis in unum redeuntibus fuerit submersi. Hostes qui nos persequuntur, sunt demon, & nostra peccata, nosque ad Erythrazum usque persequuntur, hoc est, ex Sancti Doctoris hujus sententia, usque ad aquas Baptisimi Salvatoris sanguine consecratas; cumque illic pervenimus, transitum tuto; peccata vero nostra, ut olim Ægyptii submerguntur, quorum, ne unusquidem superes fuit, omnibus simul mari insepultis: unus quę eis non remansit.

Si quis aliquam petat figuram distinctius adhuc indigentem effectus Baptisimi, adeat quartum Regum librum, ejusque libri cap. quinto, ubi narratur curatio Naaman Syri, qui septies aquis Jordanis ablutus perfecte adeo ob omni lepra macula mundatus fuit; ut illius caro pueri carnem imitaretur. Illud vero quod hac in re magis notandum occurrit, est consideratio ejusdem ex Principis hujus familia, qui Domino hoc remedium negligenti quomodo non satis effe dignum eo labore, quo ex remississima terra Prophetam consulturus accesserat; si Propheta, ait, rem longe distiliozem Houdry Bibl. Tom. 1.

dixisset, profecto dubitandum non esset, utrum tibi esset obtemperandum; quanto minus ambigendum est, cum rem adeo facilem tibi præceperit, ut septies te Jordanicis aquis ablueres? ubi Dei misericordiam admirari oportet, qui criminum nostrorum eluendorum adeo facilem, & efficacem rationem invenit.

Denique dubio locus non est, quin salutaris aqua Baptisimi iis præsignata fuerit aquis, ad quas Propheta Isaia tanto ardore sitientes invitat; illa quam Ezechiel in Spiritu de Templo fluentem intuitus est, & eo fonte, qui secundum Zachariam preparatus erat omnibus ex familia David, ut peccator emundaretur.

Figure, & Exempla novi Testamenti.

Quidam Ecclesię Patres, atque inter ceteros Sancti Ambrosius, Augustinus, & Chrysostomus, aiunt, Piscinam, de qua sermo est in Sancti Joannis Evangelio cap. quinto figuram fuisse craterum fontium Baptisimi. Et profecto multum illa omnis generis languentium, qui secus eandem piscinam aderant, nobis exhibent omnes homines originali peccato languentes salutaribus baptismis aquis curandos. Angelus huic aquę virtutem imperitius ipse est JESUS CHRISTUS; hoc tamen discriminis adest, quod in illa Piscina fababatur tantummodo, qui primus in aquas descendebat post motum earum; sed aqua Baptisimo toto Cælo efficacior pro mortalibus omnibus effluit: omnes sitientes venite ad aquas. Isaia 55. Illud vero proculdubio prætereundum non est, quod Piscina illa Tertuliano teste, post mortem Salvatoris, omnium desit fons esse miraculorum; quippe æquum erat, ut aqua, quę corporibus tantum fœdebatur, exarsceret, cum illa, quę animabus medebatur, benedictiones suas cepit effundere: ita loquitur Tertullianus contra Judæos; Piscina Bethesda usque ad adventum Christi curando invaliditidines desit a beneficiis.

Ex quo Salvalor ipse Baptisma recepit in Jordane Sancti Joannis Baptiste Præcursoris ministrio, aqua per attachmentum sanctissimi, & purissimi corporis eius fuit in Baptismatis usum consecrata. Dei Filius, qui erat Sanctitas ipsa, non egebat Baptismate ut peccati sordibus ablueretur: non enim ulli crimini erat obnoxius; verumtamen huic sese subiecit cæremonię, quia peccatoris formam assumpserat. Sciendum est tamen, Sancti Joannis Baptisimum nullam ex seipso habuisse virtutem ad remittenda, vel delenda peccata eorum, qui abluiebantur, sed fuisse solum dispositionem quandam ad recipiendum Baptisimum illum, quem Messias institutus erat, quemadmodum idem Sanctus Joannes monet Judæos: ego quidem baptizo aqua... ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni. Matth. 3.

In actis Apostolorum de trium tantummodo virorum Baptismo sermo est, qui insignibus quibusdam circumstantiis conjunctus fuit, ubi Dei misericordia palam resulit. Primus fuit Regina Candacis Eunuchus a Diacono Sancto Philippo eodem modo Baptizatus, qui cap. octavo refertur. Lechio ejusdem loci Isaia Prophetę, quem Eunuchus non intelligebat, Philippo præbuit occasionem eundem in religione Christiana erudiendi. Spiritus Sanctus intrinsecus in Catechumeni corde operatus est: opportuno obvius inventus effe fecus viam rivulus, quo Baptizaretur, & ut quam petebat, gratia illi concederetur; Salvatoris autem discipuli munere suo rite perfundens evanuit. Quot occurrerent consideranda in facto hoc quod fortuitum quidem videtur, sed quod Divinitus fuit ita dispositum, pro hujus hominis id ne cogitantis quidem salute.

Neque minus admirabilis est Cornelii Centurionis Baptismus ab Angelo moniti, ut Sandum Petrum Apostolum accerferet, a quo de his eruditur, que ad salutem erant necessaria. Ad hæc mirabilis quoque fuit mystica Sancti Petri Visio, ne Ethnicos rejiceret, quos Deus ad Evangelii cognitionem vocare cupiebat. Hęc ad fidem vocatio, & hic Baptismus recensetur inter singulares gratias, quas concessit Deus quibusdam electis, atque prædestinatis animabus, quibus media, & subsidia ad salutem necessaria suppeditat.

Sed nihil hac in re mirabilius esse potest, quam vocatio primum, & mox Sancti Pauli Baptismus, s. Pauli. Furens hic persecutor Religionis, cujus deinceps fuit

Alie Baptisimo figure.

Piscina Bethesda.

Baptismus Filii Dei per S. Jo.

Baptismus Eunuchi Regine Candacis.

Baptismus Cornelii Centurionis.

Baptismus Pauli.

BIBLIOTECA CENTRAL

Alicet alique.

ALIANE



firmisimum presidium, & per Antonomasiam Apollolis, ab ipso Dei Filio vocatus fuit in via Damasci, cum levius contra Fideles fureret, & sanguinem, eodem tempore excaecat fuit; sed ut mox vividis fidei luminibus illustraretur. Vifum baptismate recepit, & denus humor, veluti squamae, cecidit ob oculos ejus, indicium profunde cecitatis, ex qua emerferat, ut infinitas gentes illuminaret: ideoque hic ille fuit, qui prae ceteris baptismi virtutem extulit, ac de eodem majori cum dignitate verba fecit.

*Applicationes quorundam Scripturae locorum huius argumento.*

**S**piritus Domini ferebatur super aquas. Sacer Textus narrat in ipis Mandi Iprimordis Spiritum Sanctum super aquas evolasse, easque fecundas effecisse plurimam creaturarum rerum productione, quae in eo elemento nascuntur. Hoc ideo factum, Tertullianus ait, quoniam praevidetur Mundum aquis Baptismi ob omnibus foribus esse abluendam. Neque a fide abhorreere videtur divinum Spiritum huic elemento facultatem tribuisse tot creaturas produciendi, ut omnes ad credendum disponeret, sed eos ipsos immutare posse in novas creaturas in Baptismo per gratiae productionem in animabus suis, & per generationem prorsus Coelestem, atque Spiritualem.

*Omnis populus per arenam alveum transibat.* Joanne 3. Profecto Sanctus Augustinus alique nonnulli Patres affirmant, Jordanis transitum fuisse Baptismi figuram; inde vero occasionem arripimus eundem Baptismo applicandi; nam quemadmodum Josue Israelitas per hunc fluvium traduxit, eosque hunc transire coegit ut promissam terram ingrederentur; ita Dei Filius per aquas Baptismatis ad Coelum adducit eos, quos beate huic aternitatis destinavit. Cornelius a Lapide in hunc locum. *Et ecce aperti sunt ei Caeli.* Matth. 3. Quare Sanctus Augustinus cur aperti fuerint Caeli Domino in Jordane Baptizato; & respondet ea, quae palam in Baptismo Filii Dei, qui Praecursoris sui manu ablu dignatus est, acciderunt. Spiritualliter fieri in eujuscumque Fidelis Baptismo: tunc enim pro illo Coelum aperitur, tunc jus ad illum obtinetur in virtute Sanguinis, & Mortis JESU CHRISTI; quae eidem applicatur; quamobrem Sacramentum hoc a plerisque Sanctorum Patrum Caeli janua, & via, quae ad illum inducit, aditumque aperit nuncupatur. Idem Sanctus Augustinus animadvertit fideles aetate suo recens Baptizatos diligentissime cavisse, ne terram illo modo attingerent, immo neque pedibus ambulasse, idque toto octo dierum spatio, ut hoc ritu significarent, omnes cogitationes, affectusque suos in Coelum esse conversos.

*Populum ipsum formavi mibi.* Isaie 43. Hoc est, elegi populum hunc, ut peculiariter cultui meo esset devotus. Hoc Deus modo affirmare potest de Christiano populo, quem ipse per Baptismum vocavit, quem sibi consecravit, & qui illius hereditas est, & acquisitio ad eundem singulari nomine pertinens: quod inquit Sanctus Petrus per haec verba: *vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens Sancta, populus acquisitionis.* 1. Petr. c. 2. Non fecit taliter omni nationi. Psal. 147. Haec verba in omnium fidelium ore cum summo gratitudinis sensu verari debent. Baptismus est gratia, quam Deus plurimis nationibus largitus non est, quas fidei luminibus non illustravit, quas in Ecclesia suae sintus non accepit, & ut verbo me expediam, quas ad veritatis cognitionem minime evocavit. Inde sequitur quod cum Deo plurima, atque maxima debeamus, tenemur quoque pro dignitate atque fovere gratum, fidem servare diligentem, sublimiores virtutes excolere, ac tandem vitam sanctiorem, & adoptivis Altissimi Filii digniorem ducere.

*Quicumque in Christo baptizatus estis, Christum induistis.* Ad Galat. 3. Haec verba non ad Religiosos tantummodo spectant, sed promittunt ad fideles omnes, qui sacro Baptismate regenerati fuerunt. Omnes igitur sine exceptione induere debent JESUM CHRISTUM. Porro cum illa, quae in datus est pars, in nobis minime videatur, sed tantum Indumenta, quibus induta est, oculis pateant, ita igitur unus JESUS CHRISTUS videri debet in nobis; ita non in nobis tantum; sed in Domi-

no nostro sumus conspiciendi.  
*In Christo nova creatura.* . . . ecce facta sunt omnia nova. 2. Ad Corinth. 5. Duplicem habemus nativitatis speciem, alteram in corruptione peccati, alteram in gratiae sanctitate; primam ab Adam, alteram a JESU CHRISTO recipimus: quapropter in Apocalypsi initium creature Dei nuncupatur. Christianismus est nova nativitas. Quicumque baptizatus est, fit creatura nova in JESU CHRISTO; ideoque denuo nascitur; hoc est quemadmodum eruditus quidam Interpretes animadvertit, opus est, iterum refundi tamquam vas infectum, atque veneno imbutum; opus est, novam essentiam, novamque vitam habere; mori his omnibus, quae eramus, ut JESU CHRISTO vivamus: Joann. 3. sed ad sacrum Baptismi fontem non eo solum veniendum est, ut Sacramenti gratia recipiatur, sed ut ea ducatur vita, quae novam hanc sequitur nativitatem.

PARAGRAPHUS IV.

*Loci, ac Sententiae Sanctorum Patrum in hoc argumento.*

**B**aptizandi potestatem sibi tenuit, servis ministerium dedit. S. Aug. Tract. 5. in Joannem.

Baptismatis munus contra originale peccatum donatum est, ut quod generatione atriaquum est, regeneratione detrahatur: Idem, in Enchirid. capit. 64.

Generat filium pater mortuus successurum: generat Deus de Ecclesia filios non successuros, sed se cum mansuros. Idem, tract. 12. in Joannem.

Optime putant Christiani baptismum nihil aliud quam salutem esse. Idem, lib. 1. de peccat. merit.

Baptismus, id est salutis aqua, non est salutis, nisi Christi nomine consecrata, ut per nobis sanguinem suum in cruce sudavit; ideo eruce ipsius aqua signatur. Idem, vel incertus Author l. de util. poenit.

Sicut nativitas ex utero non potest repeti, ita nec nativitas ex baptismo. Idem, tract. 22. in Joannem.

Quamvis multi ministri baptizent sine justis, sine iustis, non tribuitur tamen sanctitas Baptismi nisi Christo. Idem, tract. 6. in Joannem.

Non est Baptismus impar propter ministros; sed par est, & equalis propter Christum, de quo dictum est: Hic est qui baptizat. Idem, ibid.

Nemo sit membrum Christi, nisi aut baptizatus in Christo, aut morte pro Christo. Idem, de anima & ejus origine c. 9.

Baptismus extra Ecclesiam quidem esse potest; nisi in Ecclesia profectus non potest, Idem vel incertus Author de fide ad Petrum.

Mater Ecclesia tibi aliorum pedes accommodavit, ut venires; aliorum cor ut credas, aliorum linguam ut faceris; & quomodo alio peccante praevaricatus eras, alio pro te constante salvaberis. Idem, Serm. 10. de verb. Apofl.

Qui veraciter meminit se esse Christianum, eo animo accessit ad fidem, ut huic saeculo non solum verbis renunciet. Idem, Epist. 89.

Non facit generatio, sed regeneratio Christianos. Idem, l. 3. de peccat. merit. c. 9.

Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat, & cor abluat; nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Idem in quadam Homil.

Christiani nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur, quid enim tibi prodest vocari quod non es, & nomen usurpare alienum? sed si Christianum te esse delectas, quae Christianitatis sunt, gere, & merito tibi nomen Christiani assume. Idem, l. de vit. Christ.

Sicut per primum hominem, in peccato & morte nascitur, ita per Christum in iustitia & vita aeterna, in Baptismo renascitur. Idem, l. de Baptismo.

Sancto Baptismo consona sit vita Christiana, nec cuiquam homini si utrumlibet deseruit, vita promittitur aeterna. Idem, lib. 1. de fide & oper.

Fiant, non nascuntur Christiani. Hieronym. Epistol. ad Lxtam, & Tertullian, in Apolog. Detegit, & deprehendit e Christiane, quare do-

Per Baptismum eruditus in novam creaturam.

do aliud agis, aliud propter, fidelis in nomine, aliud demonstrans in opere; renuntiasti diabolo, & operibus ejus; non hominibus, sed Deo, & Angelis confitentibus; sanctus in calce chirographum tuum; renuntiasti non solum verbis, sed etiam moribus; non solum sono linguae, sed & actu vitae. S. August. de Symb.

Nemo Christianus vere dicitur nisi qui Christo moribus, prout valet, coaequatur. S. Cyprian. 9. l. de 12. abusib.

Baptismus mors criminum, vita virtutum. Idem, Epist. ad Donat.

Confessus es bonam confessionem in Baptismo, renuntiandi saeculo, & pompis ejus, coram multis testibus, coram sacerdotibus, vel ministris, virtutibusque caelestibus. Sanctus Hieronym. in Epist. 1. ad Timoth.

Si Christianus es, Christum Deum imitare; non vacuum serre nomen atque inane, sed plenum: tanti mensuram nominis imple: imple, inquam, operibus nomine dignis. S. Greg. Nyssenus de nomin. & profess. Christ.

In Baptismo, sit omnia & originalia delicta, & perperam commissa mandantur, ut illi nos restituat puritati, in qua Adam nascitur esse procreatus. Cass. sup. Psal. 5.

Baptismus est per quem primitias Spiritus accipimus, & principium alterius vitae; ut sit nobis regeneratio, & sigillum, & custodia, & illuminatio. Joann. Damasc. 4. sentent.

Quis fidelium nesciat Baptisma virtutum esse vitam, criminum mortem, nativitatem immortalem, caelestis regni comparationem, innocentiae portum, peccatorum naufragium? Optatus contra Parmenianum. Non pisciculi in aqua nascuntur, nec aliter quam in aqua permanendo solvi sumus. Tertull. de Baptismo.

Ab hac fide vita nostra censetur; iustus enim ex fide vivit. Idem, lib. de monogam.

Christiani non sunt aliunde noscibiles, nisi de eumendatione vitiorum prisionum. Idem, ad Scapula. c. 2.

Dum Sacramentum Baptismi impenditur corpori, corpus consecratur immortalitati. Idem, lib. de Baptismo.

In Baptismo Rex, Sacerdos, & Propheta efficiuntur. Homil. 3. in Epist. ad Corinth.

Exere vires (Christiani) fortiter dimica . . . considera pacium, conditionem attende, militiam nosce; pacium quod spondisti, conditionem qua accessisti, militiam cui nomen dedisti. Vere delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Idem, Sermon de Martyribus.

Christus baptizatus est, non mundari volens, sed mundare aquas, ut ablute per carnem Christi quae peccatum non cognovit, Baptismus vim haberent. Ambros. l. 2. in Lucan.

Religionis mysterium ingressus es, repete quod interrogatus sis, recognosce quid responderis. Renuntiasti diabolo & operibus ejus, renuntiasti mundo & luxurie ejus, & voluptatibus ejus: non est fallere, non est negare. Idem, lib. de his, qui initiatur.

Tentur vox tua, non in tumulo mortuorum, sed in libro viventium. Idem, ibidem.

Memor esto sermonis tui, & nunquam excidat tua series cautionis. Idem, ibidem.

Per aquam Baptismi transitus est de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem; qui per hanc aquam transit, non moritur, sed exurgit. Idem, l. de Sacramentis, sive quis alius Auctor.

Ille piscina in figura fuit, ut credas quod in fontem Baptismatis vis divina descendat. Idem, de iis qui initiatur.

Agnosce te Christiane dignitatem tuam, & divine consors factus naturae, noli in veterem vitiositatem degeneri conversatione redire. Memento cuius capitis & cuius corporis sis membrum, reminiscere quia eratus de potestate transibaturum, translatus es in Dei lumen & regnum. S. Leo, Sermon. de Nativit.

Christus originem, quam sumpsit in utero virginis, posuit in fonte baptismatis. Idem, Sermon. 2. de Nativit.

Christus dedit aquae quod dedit matri; obumbratio Spiritus sancti quae fecit ut Maria pareret Salvatorem, facit ut regeneret unam credentem. Idem, ibidem.

Quo Spiritu de intererat matris visceribus nascitur Christus, hoc de Sanctae Ecclesiae utero nascitur Christianus. Idem, ibidem.

Nihil in hac vita lex Christi nos adjuvans; quin potius accusat, quod sub lege positi contra legem omnia faciamus. Salvian. 9.

Omnia nihil prodest nomen habere sanctum sine moribus, quia vita a professione discordans abrogat illustris tituli honorem, per indignum actum vilitatem: cum utique hoc ipso magis per nomen sacratissimum rei finis, qui a sancto nomine discrepamus. Idem, l. 2. de Provid.

Christiani a Christo nomen acceperunt, & operosum est; ut sicut sunt heredes nominis, ita sint imitatores virtutis. Bernardus in sentent.

Ante omnia scientes, quia hanc aquam (scilicet Baptismi) nec effundere licet, nec rursus haurire. Zeno Veron. invit. 1. ad fontem.

Cum omnium aquarum natura sit talis, ut cum in profundum susceperit viros, evomat mortuos; aqua nostra suscipit mortuos, & evomit viros; ex animalibus veros homines facit, ex hominibus in Angelos transmutat. Idem, ad Neoph. post Baptism. Sermon. 2.

Quis illa passa custodit, ad quae se in Baptismo voluntarie obligavit? Renuntiasti diabolo, & ecce solum diabolum sequeris: renuntiasti omnibus pompis ejus, & ecce solum mundi pompis intendis. Sanctus Bonavent. Sermon. 16. de Sanct. Steph.

Per Baptismatis Sacramentum Spiritus sancti factus es templum. Noli tantum habitorem parvis de te actibus effugere, & diaboli iterum te subijcere servituti, quia pretium tuum sanguis est Christi. S. Leo, Serm. 2. in Nativit.

An ad hoc Christianus factus es, ut in saeculo staret? S. August. praet. in enarrat. 2.

Tibi esse Christianum, scimus omni gloria gloriosus, & omni sublimitate sublimis. Idem, Epist. 96. novz editionis.

PARAGRAPHUS V.

*Quid ex Theologia desumi potest ad hoc argumentum.*

**Q**uamvis Doctores plurimas afferant Baptismatis definitiones; nulla tamen aptior, ac magis naturalis videtur, quam ea, quae educitur ex verbis ipsius Domini nostri apud Sanctum Joannem, & illis Sancti Pauli in Epistola ad Ephesios. Cum enim Dominus ait, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei;* cumque Sanctus Paulus de Ecclesia dicat ipsam mandatum fuisse baptismum aquae, & verbo vitae: nobis locum tribuunt: Baptismus ita definiendi: Sacramentum regenerationis, quae fit in aqua per virtutem verbi; quamobrem S. Augustinus ait, quod accedente verbo ad elementum fit Sacramentum.

SS. Patres variis usi sunt loquendi rationibus, ut hoc Sacramentum innuerent. Illud Sanctus Augustinus fidei Sacramentum appellat; qui enim Sacris illius initiatur, Christianam fidem ibi profitentur: alii Sacramentum illuminationis dixerunt, quia abluti luminibus fidei illustrantur. Sanctus Chryostomus in adnotatione ad recens baptizatos illud modo Sacramentum purificationis, modo Sacramentum sepulturae JESU CHRISTI vocat: & nonnumquam Sacramentum, per quod infitri sumus in JESU CHRISTO, & alibi Sacramentum Crucis JESU CHRISTI; in quibus sequitur est Sanctum Paulum in Epistola ad Romanos omnibus his loquendi generibus locum praebentem.

Cum hoc Sacramentum mortalibus omnibus ad aeternam vitam consequendam fit necessarium; nulla aptior inveniri poterit materia, quam aqua, quae communis est, & facile ubique inveniri potest. Deinde vero, quia perfecte indigat effectum instituti, etiam eluit; ita per Baptismi gratiam maculae, quas anima per peccatum contraxerat, omnino delentur.

Sanctus Thomas parte tertiae quaest. sexagesimae sextae, articulo secundo, ait, Baptismus quatenus Sacramentum tunc fuisse institutum cum JESU CHRISTO a Sancto Joanne Praecuratore suo fuit baptizatus, quod ipsum docet Sanctus Augustinus; tunc enim Baptismus recepit virtutem produciendi effectum suum, & conferendi gratiam; quamvis hominibus necessarius minime fuit necessitate precepti; nisi post JESU CHRISTI passionem, & Resurrectionem; seu quod quemadmodum in JESU CHRISTO passio omnia veteris Testamenti Sacramenta, eorumque caeremonia absoluta, comple-

Definitur Baptismus.

Cur hoc Sacramentum sit.



pletaque fuerint, Baptismus, aliaque legis novae Sacramenta illis succederunt, seu quod per Baptismum homo conformis efficiatur non solum passioni JESU CHRISTI, quatenus mortuus peccato; sed etiam resurrectioni eiusdem, quatenus per Baptismum vivere incipit novam vitam iustitiae.

Baptismus est tractatus foederis; quo dicitur cum Deo; quo illud confirmatur, quod Dominus noster per nobis in Cruce percussit. Hoc nos Patres Ecclesiae docent; praesertim vero Sanctus Gregorius Nazianzenus eo in sermone, quem de hoc Sacramento conscripsit, Baptismus, ait ille; pactum est, quod cum Deo facimus, secundam vendi vitam in statu longe puriori, & perfectiori. Hoc autem nobis exhibitum fuit per figuram in tractatu primo, quem pergit Deus cum populo Iudaorum, interpretate Moysse, & qui vocatur etiam primum, atque Vetus Testamentum, hoc est Foedus primum, aut Vetus.

Cum Deus Circumcisionem instituit, Abrahae dixit: constitui pactum meum aeterno Foedere inter me; ac te, & eos qui nascuntur ex te: atque inde tu, filiique tui agnosceris me in Deum vestrum, & ego quoque vos in populum meum agnoscam. Verum, quod olim Iudaei per Circumcisionem, nos hodie per Baptismum efficiuntur. Circumcisio nota erat, qua in Aeternum se ipsos a Gentilitium foetibus sequebant, & Idolorum cultum abdicantes tacite professabantur, se verum Deum tantummodo esse adorandos: vicissim vero Deus pollicebatur illis, seipsum in populum suum habiturum, contra hostes proteclurum, & particulari providentia eidem consulurum. Baptismus similitudo est Spirituale Foedus, quod cum illo facimus, quo nosmet ipsos devovimus; ipse vero se totum nobis tradit, ita ut in anima Christiani indelebilis Character imprimatur, quo ille Deo peculiari ratione characteretur. Hic autem est character filiorum Dei, & Ovium JESU CHRISTI; character honoris, & gloriae in Caelo fidelibus praedestinatis, qui in hac vita fideliter suo munere fuerint perfecti, sed character opprobrii, ignominiae, & desperationis in Inferno Christianis reprobat.

Cum Sacer Textus doceat nos per Baptismum fieri adoptivos Dei filios; ut satis eminentem hanc dignitatem intelligamus, ad quam evehimur, notandum est, triplice esse discrimen inter divinam, humanamque adoptionem in locis ubi adhibetur. Primum quidem adoptio humana non ponit aliquam realem, & Physicam qualitatem in eo, qui adoptatur, & nihil in illius personam immutat; e contra vero adoptio Divina continet infusionem gratiae sanctificantis, & Charitatis, quam nobis Spiritus Sanctus infundit, qui ipse est hoc Altissimi donum. Secundo humana adoptio inter mortales inducta est in sterilitatis (solutio): adoptio in remedium fortitudo; sed adoptio divina est divinae bonitatis excessu procedit; ita ut haec adoptio non adoptans solummodo, sed adoptati felicitatem respiciat. Tertium denique discrimen est, quod in humana adoptione Filius Patri succedere non potest, nisi Pater exceleserit: terra enim huius hereditates angustis aetate finibus continentur, ut satis esse nequeant utrique, sed adoptio Divina successorem non postulat, quippe quae infiniti boni est participatio. Hoc est beneficium adoptionis illius, quam ab Aeterno Patre Christianus recipit in Baptismo.

Prater communem Ecclesiae Baptismum, qui fit in aqua, & Spiritu, alia duo sunt baptismatum genera, de quibus loquitur Sanctus Thomas articulo 11. question. 66. alterum videlicet sanguinis, quod est Martyrium, alterum amoris, & Charitatis; quorum rationem adfert, probatque Patrum auctoritate, atque exemplis Scripturae. Sufficit tamen scire, postrema haec duo Baptisma supplere, ubi primum defecerit, supposito hoc tamen quod recipi nequeat; atque gratiam, & peccatorum omnium remissionem producere. Verumtamen cum Sacramenta non sint, nullum imprimunt characterem, & cum haec quoque in Baptismo aquae, & Spiritus continentur; inde fit ut unum duntaxat Baptisma sit Sacramentum.

Cum Dei Filius hoc Sacramentum instituit, hoc fieri voluit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, iustique personas omnes singillatim nominari, cum aliquis esset baptizandus, ita ut si aliqua ommitteretur, Sacramentum irritum esset, & nullum. Quamobrem pluribus in Conciliis statu-

Baptismus est tractatus foederis, quo dicitur cum Deo; quo illud confirmatur, quod Dominus noster per nobis in Cruce percussit.

Est nota, & character, quo ab infidelibus distinguimur.

Tria Baptismi genera.

tum est, ut qui baptizati fuissent ab Haereticis, qui sententias Ecclesiae Catholicae oppositas circa Sanctam Trinitatem foverent, & qui suos errores secuti quibusdam formulis utebantur ab Orthodoxorum formula diversis, iterum baptizarentur. Totam enim Sanctissimam Trinitatem huic intervenit Mysterio, & Pater, Filius, ac Spiritus Sanctus unanimiti, consensuque consenti participes esse volunt huius spiritualis regenerationis, quemadmodum in ipso Mundi primordio simul omnes primae creationi nostrae cooperati fuerunt.

Prater desiderium recipiendi Baptismatis, quo flagrare debent Adulti illud petentes; fides quoque in ipsis requiritur, ut ab illis recipiatur; quod nos docet JESUS CHRISTUS his verbis, qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic salvus erit. Ad haec desiderium, & fides conjuncta esse debent cum praeteritorum scelere dolore, atque certo, firmoque consilio non amplius peccandi: ideo qui Baptismum petit, & qui eodem tempore noxios habitus suos peccandae consuetudinem detrectat abjicere, omnino admittendus huic Sacramento non est. Si quis autem sine hac dispositione Baptismum reciperet, reciperet quidem characterem, dummodo illi cum iuxta Ecclesiae ritus recipienti fuisset mens semet subjiciendi illi, quod efficit Ecclesiae Sacramentum hoc administrans; verumtamen praecipuum illius effectum nequaquam reciperet, videlicet justificationem.

Theologia cum Sancto Thoma quatuor praecipuos Baptismi effectus agnoscit: 1. remissionem peccatorum omnium originalis, & actualis, mortalis, & venialis in Adultis illum recipientibus, quoad culpam, quae efficit animam divinam indignationis obiectum. 2. Remissionem eorumdem peccatorum quoad debitam illis poenam. 3. Infusionem gratiae habitualis, & sanctificantis cum domus Spiritus Sancti, aliisque virtutibus, quae illum concomitantur. 4. Praestantissimi Characteris impressionem, qui inurit animam, ut Fidelis ab infideli dignificatur. Vulgo haec omnia beneficia complectimur nomine Filiationis Divinae, vel adoptionis Filiorum Dei; in hoc enim mysterio praecipue adimpletur verbum illud Sancti Joannis c. 1. dedit eis potestatem Filios Dei fieri &c. Huiusmodi Baptismatis effectus fatus explicantur in Tridentini Concilii Catechismo, ubi de hoc Sacramento sermo est.

Cum Tridentino Concilio fatendum est in baptizatis permanere concupiscentiam; illamque proprie peccatum non esse. Quemadmodum enim S. Augustinus ait, concupiscentia culpa in baptizatis remittitur, quamvis ad eos exercendos haec eadem concupiscentia illis reliquitur. Sed concupiscentia, quae oritur ex peccato, non aliud est, quam anima studium aliquod, vel motus erga bonum sensibile, quod proprie peccatum non est, cum non est conjunctum cum voluntatis consensu, vel negligentia; itaque cum Sanctus Paulus ait: concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupiscis; noluit his verbis ipsam concupiscentiam, sed vitium voluntatis innuere.

Operae pretium tenet, istic Baptismi caeremonias perpendere; nulla enim ex illis non exprimit obligationem, quae nosmetipsos sanctificare, atque deinceps vitam homine Christiano dignam traducere tenemur. 1. Primum Catechumenus, vel Puer in Patrinorum persona interrogatur, quid petat? & respondet, fidem se petere, atque rogare, ut in Christiana recipiatur Ecclesia, vitam aeternam aliquando habiturus. Illi respondetur, ut salvis fiat; & vivat in fide: Dei, Ecclesiaeque praecipua esse servanda; quod ille se facturum pollicetur. 2. Imprimuntur Christiani nota, signum videlicet Crucis, ejus frontis, & cordi; ut dicat sentus, & actiones esse debere conformes legi Dei Crucifixi. 3. Sal benedictum ori ejus immittitur, quod innuit fallacia carnis sapientiae dogmata abdicanda esse, easque tantum gustandas veritates, quas eundem sapientia Coelestis docuerit. 4. Baliza aures, & nares illius inunguntur, ut significet, aures ejus apertas esse debere ad Dei vocem audiendam, ipsaque caltam adeo, integramque vitam esse ducentiam, ut vere dici queat bonus odor JESU CHRISTI. 5. Christum unctio, pectori, humeris, & capiti applicatur, ut participet unctio Spiritus Sancti tanquam generosus Athleta, qui Dei inimicos prostravit, & humeros suos suavi legis jugo ferendo praeparaturus. 6. Adhibentur Exorcismi, & maledictiones

De Baptismo caeremoniis.

Est nota Baptismi.

nes Ecclesiae contra Demonem, ut in aeternum ejiciatur, & amoveatur a corde fidelis huius, quod integrum unus JESUS CHRISTUS est possessurus. 7. Alba veste induitur ad innuendam innocentiam, quam recipit, & quam pro virili tueri tenetur exiens veterem hominem, & induens novum. 8. Cereus accensus in ejus manu statuitur, qui figura est luminis vitae fidei, quam semper ardentem servare debet per ignem Charitatis cum boni exempli fulgore conjunctum. 9. Sed praesertim notandum est, Baptismum Catechumeno, vel puero minime conferri, neque Ecclesiae januam eidem aperiri, nisi coram Altaribus Demoni, Carni, Mundo, & pompis ejus abrenunciaverit. Quot praesertim consideraciones ad morum disciplinam inde possent transferri?

Sanctus Thomas, pluresque Theologi, & nonnulla etiam Concilia post Sanctum Augustinum promissiones, quae sunt in Baptismo appellata vota; & haec hodie communis est loquendi ratio, cui resistendum non est; quemadmodum fecere eruditi quidam scriptores acti zelo contra novissimum saeculorum Haereticos, qui ut monastica vota impugnant, atque evertere, asserunt, illa sola esse vota, quae in Christiana Religione ferent; reliqua vero abulsi esse atque superstitionis, quae Religiosorum statum a communi fidelium statu non distinguunt. Ut duo haec extrema evitentur fatendum est, promissiones, quae in Baptismo sunt Deo, vota posse appellari; non autem ita pressus; & ad iterum, ut vota Religiosorum; pie, sanctaeque faceret, qui illa confirmaret, ac saepe repeteret tanquam promissiones Deo factas secundum laudabilem consuetudinem aliquot ante hanc diem annos inveciam; sed errant qui illa confundunt cum votis, quae in Monastica professione nuncupantur, & credunt haec illis non esse perfectiora. Si enim votum, est Divo Thoma, est hominum consecratio Religio Dei; liquido patet consecrationem, qua Religiosi seipsos Deo devovunt, integriorem, latiore, verbo, perfectiorem illa esse, quam Christiani homines efficiunt; promissiones enim quibus sese devincunt Deo, illos obligant renunciationi longe diversae, quam ceteros, qui corde tantum abrenunciare tenentur opibus, pompis, & voluptatibus Mundi; cum Religiosi, & repta alio iisdem abrenunciant, quin alia asseruntur discriminata, quae in natura duplicis huius votorum generis Theologi inveniunt. Itaque error est asserere Religiosorum promissiones nullam recentem asserere obligationem, neque ullas leges particulares praeter ea, quae in Baptismo promittuntur.

Quid fatendum de Baptismo in nomine JESU CHRISTI tantum collato.

Quorundam Doctorum sententia existimantium Apostolos hoc Sacramentum administrantibus satis fuisse dicere: ego te baptizo in nomine JESU CHRISTI: hac inquam sententia communis non est, & parum solidis innititur argumentis. Inde tamen aliqua probabiliter specie eidem posse accedere, quod in Actis Apostolorum dicitur, nonnullos in nomine CHRISTI JESU fuisse baptizatos: iustitiam eos baptizari in nomine Domini JESU. Act. 10. Adhuc vero Doctores iidem, Apostolos, primosque Discipulos ita debuisse loqui, ut celebrius, atque adorabilius praerent hoc nomen, quod Christianae Religionis inimici in contemptum, ac ludibrium traducere conabantur: quod tamen facere non potuissent citra peculiariter ejusdem JESU CHRISTI dispensationem. Verum haec laborat conjectura: quod quidem nulli ei rei mentio invenitur. Rationes praeterea, quibus Doctores alii solide hanc opinionem consultant, & cum illis respondeo solum, cum dicitur in Actis Apostolorum, aliquos in nomine JESU CHRISTI esse baptizatos, intelligendum fuisse baptizatos baptismum a JESU CHRISTO instituto ad illius distinctionem, quem S. Joannes conulerat, & quem fideles aliquot jam reciperant.

Baptismus delet maculas animae, quod significatur per aquam corporis sordes eluentem; verum cum hic neque solus, neque praestantior sit huius Sacramenti effectus; verba, quae Sacramenti formam constituent, significant, illum, qui baptizatur, feliciter conjungi cum tribus personis Sanctissimae Trinitatis, ratione, & relatione profus particulari his verbis explicita in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ita ut efficiatur Filius adoptivus Patris, vivens membrum Filii JESU CHRISTI, Templum, & Sanctuarium Spiritus Sancti. Primum Deus nos elegit ex tot Infidelium nu-

mero, quos in infidelitatis nocte reliquit, & qui nullus eidem fuissent famulati, eique maiorem contulissent gloriam, quam nos unquam illi finis collaturi: non licet ergo tantum hoc beneficium negligere Ethnicorum more vivendo. Secundo nos Christianis efficiens sanctificavit; non debemus ergo rursus nosmetipsos pollere flagitiosis, turpibusque sceleribus. Tertio, veri Dei fidem, & cognitionem nec non Christianae religionis Mytheria recepimus: illius ergo veritatem exercere debemus. Quarto; Deus nos simul effectus amoris sui obiectum nosmet sibi in filios adoptans: igitur ira illius sceleribus irritanda non est. Denique nobis contulit jus ad coelestem hereditatem: non ergo huic abrenunciare debemus, sed in dies aditit, ut eam mereamur, & acquiramus.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aestheticis libris, & Nosteris Conciones loci in hoc argumento.

Quicumque diligentius S. Pauli Epistolae legerit, scire tantum beneficii simul necessitatem invocandi in fidelium mentem incomparabilis huius beneficii memoriam, quod ad Christianam religionem fuerint evocati, & per Baptismum divinam adoptionem receperint, ut exirentur ad vitam homine Christiano dignam traducendam, & prodigitate recentis huius naturae gloriam tuendam. Magnus hic Apostolus, ut nobis commendat profus divinos effectus, quos producit hoc Sacramentum, quod ex ejus quidem sententia Inago est mortis, sepulturae, & Resurrectionis JESU CHRISTI, cuius vitam nostram iugem esse vult imitationem: non solum illius saepe nobis memoriam instaurat, sed de eodem verbis magnificis, & divino Spiritu repletis loquitur. Videtur profecto nihil validius inveniri posse ad fideles excitandos, ut seipsum repentent, & sedulo considerent, utrum vita, moresque sui tales sint, quales esse debent mores eorum, qui vere Christianos esse profiterentur: praesertim vero ut insinuat Dei bonitatem admittentur, qui mero suae miserationis effectu exhibere voluit hominibus, qui indigni erant, munus adeo divinum, atque pretiosum, quod est baptismatis munus; atque, ut illi, qui eodem insigniti sunt, plane intelligant vitam suam integerrimam & ab omni scelere alienam esse debere. Ita enim perspicue videbunt Christianae religionis statum, quem profiterentur, a se petere, ut singulos vitae suae dies traducant in eodem pietatis, & religionis sensu, ac si die illa Baptismi gratiam fuissent consecuti. Desumptum ex Tridentini Concilii Catechismo parte altera.

Permaneamus custodientes eam quam initio suscepimus dignitatem, & futura quotidie regna queramus. Neque enim si Rex terrenus aliquis affluens te pauperem, & mendicem repente sibi adoptaret in Filium, tu jam ad turgurium, & turgurii tui respiceres vilitatem; & certe non grandi haec discrimine separantur: ita nunc igitur nihil praesentium putes esse pretiosum. Longe quippe majora sunt, ad quae vocatus es, capessenda. Qui enim vocat, Dominus Angelorum est: ea vero que conferuntur bona, & explicationem sermonis, & cogitationem mentis excedunt. Non enim te a terra transponit in terram, ut terrenus ille Rex, sed a terra extollit in Coelum, & a mortali ad immortalem profecto naturam, atque ineffabilem gloriam, quae tunc solummodo bene cernenda a nobis erit, quando etiam possidenda. Tantorum igitur particeps futurus honorum noli auri, argenti, que curis onerare mentem, ceterisque hujusmodi umbris, atque imaginibus illudere. An forte non putas, omnia ista quae cernimus, comparatione Coelestis Regni mendiciorum panniculis esse viliora? Et quemadmodum illo eris bono dignus, quamve satisfactionem parabis, immo quae non supplicia perloses post tam grande donum ad vomitum priorem transcurrere? Non jam quasi homo simpliciter, sed ut Dei Filius peccans levare punieris, & ipsa excellentia dignitatis, majoris tibi fiet causa supplicii. S. Chryostomus serm. 12. in S. Mattheum.

Verum est Christianum qui conspultus fuit JESU CHRISTO per baptismum, & qui per hoc Sacramentum vitam recentem accepit, cuius anima & principium est ejusdem JESU CHRISTI Spiritus, mortuum esse debere, Mundo, ejusque bonis, nec.

Ad quid tenemur propter Baptismi promissionem.

BIBLIOTECA CENTRAL

PLAN



honoribus, negotiis, & voluptatibus: verumtamen ut huic muneri faciat, sufficit hac omnia interna cordis dispositione abrenunciare; & quamvis liceat illi bonorum possessionem, usumque tueri; interiori tamen sensu ab eorum affectu expeditus esse debet, ut in copia sit inops, castus in conjugio, temperans in conviviis, & Deo intentus in commercio, quod propter conditionis suae necessitatem cum hominibus habere tenetur. Abbas Trappensis libro de Sanctitate, & Officio vitae Monasticae, quae 3.

Ut his muneribus perfrangamur, quae in baptismo contraximus, id nobis faciendum est, quod Sanctus Gregorius docet, cum veri Christiani describit imaginem; hunc eum esse dicens qui renuncians voluptatibus carnis cuncta sua desideria per Castitatis disciplinam custodiam caelat, ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat, nihil, quod carnalem vitam trucidat, Spiritus perhorrescat. Idem in collatione pro quarta Adventus Dominica.

Parumper queso diligenter attendite, quid debeat Deo, quatenus Christiani; per Baptismum vosmet addixistis, ut ante JESU CHRISTO inserviretis, ut vitam vestram vitam ipsius conformem eliceretis, illum imitarentur, illum rebus in omnibus sequerentur tamquam discipulus, qui Magistri sui praeceptis adhereret, vel tamquam Filius, qui patris sui obtemperat voluntati. Ideo mundo, & pompis, vanitatibus, & voluptatibus eius abrenunciastis; ideo simul indixistis bellum Demoni tamquam hosti infestissimo, Haecne adimpletis? servastisne fidem quam Deo estis polliciti? respondistisne ejusdem consilio, quod de vobis habebat, & quod ignorare non potuistis, cum vos elegit, atque sibi in Filios adoptavit: ullane in re affectuum vestrorum vocem audistis? vestrae cupiditas aliquam in vita vestra partem obtinuit? Superbia, quae adeo absolutum exercet imperium in omnium mortalium animos, vobis est dominata? denique regulas Evangelii eane diligentia, & religione servastis, qua fidelem seruum decuit? Idem collatione pro Dominica quinta post Pentecosten.

Quid est Christianus? homo est peculiarem habens rationem cum Deo, cujus sit Filius per Baptismum. Quid sublimius, quid majus? quod JESUS CHRISTUS est per naturam, hoc sit Christianus per adoptionem. Per Spiritualem regenerationem recipit similitudinem illius, quod Verbum recipit per aeternam generationem: accepitque, Sanctus Paulus ait, Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater. . . . Si autem Filii, & haeredes. JESU CHRISTI nativitas ex Maria, inquit Sanctus Augustinus in libr. de Praedest. exemplar est nostrae regenerationis, quae fit per baptismum. Utraque idem habent principium, videlicet Spiritum Sanctum; altera quidem fit in Maria sinu, quae Virgo simul, & Mater est; altera vero in sinu Ecclesiae, quae simul est pura, & fecunda. Terminus prioris est JESUS CHRISTUS, homo Deus; posterioris vero Christianus, hoc est homo divinus. Poteratne Deus, inquit Sanctus Joannes, vel amorem suum magis ostendere, vel gloriam nostram ulterius provehere, quam efficiendo, ut vere essemus filii Dei? postsumusne maiorem praeter nos ferre ingratitude, maioremque indignitatem, quam praestantissimam hanc dignitatem criminose, turpique vivendi genere pollutentes? P. Nepveu in interrogationibus Christianis tom. 2.

Christianus essentialiter habet relationem ad JESUM CHRISTUM, cujus membrum est per Baptisma. Christiani omnes, Sanctus Paulus, ait, unum tantummodo corpus efficiunt, cujus caput est JESUS CHRISTUS, & cujus ipsi membra sunt per hoc Sacramentum ipsos cum illo coniungens unione verissima, quoniam fidei articulum constituit; realissima, quoniam illius principium est Spiritus Sanctus; maxime iotima, quoniam animam Spiritu JESU CHRISTI, eandemque cum ipso vitam vivimus; unione tandem ita sublimi, ut vitam ipse eam comparet cum illa, quam ipse habet cum Patre: tu in me, & ego in illi. Ita ut, quemadmodum S. Petrus ait, per hoc efficiamur naturae divinae participes. Nisi JESUS CHRISTUS, qui nobis tanta bona comparavit, hoc affirmaret, crederetur, possemus? verum si credimus, postsumusne non fovere sensus sublimis, ac fidei nostrae conformes? Idem.

Christianus per Baptismum, fit Templum Spiritus

Quid per Baptismum pollicemur?

De Christiani dignitate post Baptismum.

BIBLIOTECA CENTRAL

Sancti: an nescitis, inquit Apostolus, corpora vestra esse Templum Spiritus Sancti inhabitantis in vobis? Enim vero in baptismo eadem adhibentur caeremoniae, quae in consecratione Templorum; exorcismo expellitur demon ex anima illius, qui Baptismo ablucendus est; consecratur Christumate, quod figura est unctiois gratiae, per quam Spiritus Sanctus sese infundit in cor illius, possessionem capit per Myisticum statum. Ministri baptismum conferentis; sit deinde principium & objectum cultus, qui in hoc Templo fidelis exhibet Deo actibus fidei, spei, & charitatis: hic ille Spiritus est, qui efficacibus gemitibus orat in illo, & qui ideo semper exauditur: hic auctor est quarecunquaque supernaturalium actionum, quas fidelis producit; ideoque tanti meriti illa sunt, nobisque certum ad possessionem Dei jus possunt conferre. Poteratne Deus majorem homini dignitatem tribuere, quam eundem Filium Dei, membrum, ac Fratrem JESU CHRISTI, templumque Spiritus Sancti constituens? ita S. Joannes docet nos per baptismum in societatem ingredi cum Patre, & Filio, ideoque etiam cum Spiritu Sancto. Quam gloriosa societas! quae dignitas! quae felicitas! Idem.

Ut in Regnum Dei ingrediamur, atque in alio fidelium istius famularum recenseamur, oportet renasci. Nascimur enim in servitate, & sub Demoni potestate; Deus vero per misericordiam suam consulit nobis facultatem, qua conditionem immutaremus, & Filii sui evaderemus. Verum fieri hoc minime potest sine altera nativitate, quam neque desideria carnis, neque hominis voluntas possunt conferre: quod natum ex carne, caro est, inquit JESUS CHRISTUS, & ut sumus Spiritus, oportet nasci Spiritu. Hanc autem secundam nativitatem in baptismo recipimus, ubi Dei Spiritus aliquot verborum, aliquarumque guttarum aquae adminiculo, in anima facit, quod totius maris aquae, omneque naturae vires non possunt elicere. Denique facere possumus, ut supernaturalis hae vita per quosdam veluti gradus crescat in nobis luminis instar, quod post solis ortum usque ad perfectam diem semper augetur. Quod si per faminum infortunium acciderit, ut vitam hanc adeo Sanctam amittamus, illam per poenitentiam tamquam per baptismum alterum recipere possumus. Pater Dozems in morali JESU CHRISTI cap. 1.

Ab illis, qui sacro baptismatis fonte ablui peccant, hoc primum exigit Ecclesia, ut per triplicem abrenunciationem ab illis faciendam, de vitam immutatos polliceantur. Namque fidei Christiana vita, Sanctus Augustinus ait, nomen Christiani esset causa condemnationis nostrae. Stultia, quae sub Mundi sinem cadent, Christiani sunt, de quibus dici potest, quod olim Sanctus Paulus de Israelitis, qui Israelitae quidem erant secundum carnem, non autem secundum Spiritum. Fideles omnes Salvatoris charactere insigniti sunt, non omnes tamen illius similitudinem gerunt; omnes quidem sunt subditi JESU CHRISTI, non omnes tamen erunt Cohæredes ejusdem. Idem.

Summus quidam Pontifex incorruptum videns S. Francisci corpus in Sepulcro multo tempore post obitum illius, magnus hic Sanctus Vir, ait, vivens erat tamquam mortuus, & mortuus est tamquam vivens. Oportet fidelem qui per baptismum gerere debet similitudinem Filii Dei mortui, & in tumulo sepulti, ut ait S. Paulus; oportet inquam, mori & Mundo, & sibiipsi toto vitæ suae spatio, ut post mortem vitam vivat aeternam, Tot laboribus torquemur, nihilque intentatum relinquimus, ut vitam civilem, & voluptuosam servemus; num vita sancta, & divina, quam propter Christianae Religionis professionem ducere tenemur, minorem curam, laboremque meretur? Naturalis vita in nobis procedit ex anima vivente primi Adam, ut cum Sancto Paulo 1. ad Cor. 15. loquar; vita vero Spiritualem, ex vivificante Spiritu alterius Adam procedit: factus est primus Homo Adam in animam viventem, Adam novissimus in Spiritum vivificantem. Idem.

Nequaquam sumus veri fideles, nisi JESUM CHRISTUM imitemur, & nisi jugiter adlaboremus, ut eidem similes evadamus. Quid enim est Christianus, nisi JESU CHRISTI discipulus, hoc est homo, qui eandem sequi proficetur? Christianus nemo dicitur recte, Sanctus Cyprianus ait, nisi qui Christo mortuus, quoad valet, coaeratur. Ad in-

In Dei Regnum non nisi post alteram nativitatem ingredi possumus.

Quomodo Christianus per Baptismum mori debeat mundo, ut vivat Deo.

Innuendam illuminationem hanc, quam contraximus quatenus Christi Fideles, Sanctus Paulus ad Galat. 3. ait, eos omnes, qui baptizati sunt, eodem tempore induisse JESUM CHRISTUM: quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ideo etiam cogimur in Baptismo abrenunciare Demoni, & operibus eius, Mundo & pompis illius ut auferantur obices qui prohibere possunt, ne sincere amore, perfectaque imitatione cum JESU CHRISTO conjungeremur. Credendum igitur non est, aliquot aequae guttas in Baptismo super caput estufas facere, ut Christianorum dignitatem mereamur? illud quidem necessarium est, verum satis non est. Pater Nepveu libro de Spiritu Christianismi.

Qui bonos habet sensus, non obliviscitur nobilem, praestantissimumque characterem, quem gerit. Dignitas, quae illum obijcit oculis mundi, illum subijcit omnibus officiis, quae illam decet. Amplissimum in aula Principis gradus non patitur aliquem sese dimittere, ita ut se ad vilia quaeque, & indigna submittat. Quicumque sit Magistratus aliquis ratio, nunquam oblivisci potest praeterea illius, propter quam supplex corona circumdatus est, & ab aliis observatur, & colitur. Militiae Dux in ipsa etiam pace, & inertis otii tranquillitate ex mente sua evanescere non patietur eam, quam habet, imperandi potestatem. Titulus qui nos ab aliis sejungit, qui nos super ceteros extollit, nunquam ex nostra cogitatione ceteros, ita ut negligamus quid illi ab aliis, & a nobismetipsis debeatur. Agnosce, Christiane, Religionis tuae majestatem, Sanctitatem, magnitudinem: cogita utrum in te aliquid inesse possit aequae sublimis, & augustum ac Christiani, & fidelis character. Discipulus es, & Filius Dei, qui factus est Homo, qui suus in te gratias estundit, qui te tamquam amicum excipit, qui tibi amplissimum in Regno suo locum constituit. Major vereor exprobare te, quod aliquid in terris neque habeas in pretio, quam hanc dignitatem. Si plures penderes contemptibilem dignitatem, quae alios tibi homines subijcit, quam pretiosum hoc nomen, propter quod Deus te respiciere debet tamquam suum haeredem, & Filium, te Christianum existimare non deberent. Verum enim vero si tibi persuasum est Christiani dignitatem maximam esse gloriam tuam, quomodo oblivisci potes, te esse Christianum? Liber tui titulus, animadversiones in varia Religione, & morali argumenta.

Christianus est veluti nummus Dei imagine notatus. Nummi quidem ex variis metallis plus minus pretiosus cundunt. Non defunt fideles sanctitatis inaequalis; sed Christianus quilibet praeter se debet ferre lineamentum Sanctitatis Dei, quemadmodum nummus quilibet debet Principis imaginem representare. Ausus nammo imaginem, iam nihil illi reliquum est, nisi pretium naturale, in commercio usum non obtinet: ausus Christiano viro Sanctitatis lineamentum; iam ab infidelibus non differt, & mentitur sui baptismatis characterem. Quem in terra gradum tenere debet? quem locum in caelo? Idem.

Primis Ecclesiae temporibus omnibus adeo persuasum erat, eos omnes, qui baptismi Sacris initiarentur, Sanctam, integramque vitam ducere debere, ut quibus facili voluptates abijcere animus non erat, ferius quam possent, abirentur. Nos urgetis, ajeant illi, ut Baptismo abluamur: cur nobis vitæ voluptates interdicitis eo tempore, quo istidem frui licet, atque nulla lege eas deliberare prohibemus? Novimus quam casta, atque integra esse debeat fidelium vita, & quomodo illius character omnem profusum vivendi auferat licentiam. Sinite nos a seclibus nostris obtemperare, donec novimus infirmitatem nostram, neque vellemus a seclere deducere nos, neque vellemus a seclere honorem, quem nobis conferre dignamini, quam hunc nobis contulisse vos ipsos poeniteat. Consideramus, ut nondum parati sumus, ut vitam nostram relinquamus. Catechumenus baptismi dilatione salutem suam in periculum adducebat, potius quam sese obijceret periculo male vivendi, postquam ablutus fuisset. Profecto non poterat melius exprimere necessitatem Sanctitatis in eo, qui ablutus fuisset. Luxus, Mollicies, Delitiae, Mundi Amor a Christiani hominis instituto adeo abhorrenter videbantur, ut Christianum fieri metueret, ne statim illa abrenunciare cogeretur. Idem.

Houdry Bibl. Tom. I.

Christianismus status est, ubi sanctitatis sit professio: sanctitas, quam fideles profiterentur, in Dei praeceptis, atque in Evangelio exprimitur. Ideoque purissima est, atque immutabilis, eamque fideles omnes observare tenentur. Hoc certissimum est. Fideles nonnulli praecepta ab ipsis servanda ad illud redigere vellent, quod convenire potest etiam amatoribus mundi; dogmata illa ad quorum normam vita ipsis instituta est interpretantur, & torquent; & haec ipsis mens est, mutandi quod ipsis faciendum est, quin mutentur quod credunt. Verum amabo vos, licetne particularibus hominibus, qui aliquem statum ingressi sunt, illius formam, & principia immutare, atque petere ab illis, qui in eodem statu sunt, ut ipsorum sententiam sequantur? vel nonne potius privatos decet sequi eas regulas, quas sapienter institutas, & religiose observatas a suis similibus vident? Quam rerum perturbatio, si Artifex, ubi artem aliquam amplexus est, sociis suis varios praescribere vellent modos agendi, alios ab illis, qui sibi traditi sunt ab institutoribus suis, & oppositos fini, quem sibi ars ipsa proponit? si Tyro vix ingressus Castra impugnare vellent tuta artis militaris praecepta, quae verum magistra docuit experientia, aliaque subrogare ad exercitum perdendos apertissima? &c. Idem.

Christianus ex omni conditione esse potest, sed in omni conditione fidem suam virtutibus debet excolere. Nullum esse debet in vita momentum, ubi possit suam mentis fidem, suasque leges infringere, quin laedat Characterem suum, & a suo sine recedat: nullum esse debet negotium, ubi versutia illius obstitit aequitati: nullum solatium, quod illi flagitium permittat: nihil prosperum, quod illius modestiam, atque humilitatem evertat; nihil adversum, quod illius patientiam infringat! Omnia in ipso fidem redolere debent; fides in omni ejus vita, quidquid unquam eveniat, debet dominari. Fideles, qui ubi opus fuerit, se putant habere subsidia in injustis ambagibus ingeniose avaritiae, & arbitrariae aequitate, ut amico gratificentur, & inimicum perant, variaeque rationes, distinctiones, temperantia, prout res tulerit: istine fideles sciunt, quid sibi velit esse Christianus? Sin nesciunt, nam Christiani sunt? Idem.

Baptismus obligatio est, quam cum Deo contrahimus puram, sanctamque vitam ducendi: quidquid dicit potest de fidelium officio, in hoc continetur. Quin ullam rationem habeamus locum irrogatam, veritatum credendam, spei, quam concipere possumus, dogmatum, iuxta quae nobis vita est instituta, mysteriorum, quae nobis sunt adoranda: quin aliud consideremus, quin aliud perpendamus, statim ac salutaris baptismi factus ablutus, Sanctam vitam vivere debemus. Licet nullum virtutibus promitteretur praemium; nullumque sceleribus supplicium intenderetur; licet a reliquis hominibus non essemus sejuncti fidei nostrae principis, & nostri cultus caeremoniis: ethicere tamen non possemus, quin toto pedore studeremus Sanctitati, eamque exerceremus, eo quod ad gratiam saluberrimis Baptismi aquis fuimus regenerati. Nos ibi novam nativitatem, corpus, novumque Spiritum recepimus; nos ibi divitiis characterem signati sumus, qui nobis subijcit Capiti Domino, & Patri, ad quem spectamus, & qui nonnulli ex vitæ integritate nos cognoscere potest. Fideles omnes hoc norant, Cur ergo opus est, ut tot rationibus illis persuadeatur, ipsos praemissis non stare, nisi quantum in ipsis est Sanctitatem acquirere contendant? Illis in mentem revocanda est fides sua, lex, aeternitas, omneque divina justitia, & Misericordiae effectus, qui ad eos excitandos maxime valent, quasi opus esset, Militem admonere, arma illi esse ferenda, illi cum hoste confingendum. Idem.

Neque fideles nascimur, neque Christiani, sed labore nostro opus est, ut tales fiamus. Christianismus est quaedam veluti scientia, cuius rudimenta, atque praecepta addidenda sunt, ut acquiratur; quemadmodum in nulla arte peritus eris, nisi si illam exerceas. Queruntur nonnulli, Sanctitatem acquiri non posse nisi constanti labore, atque violentia: vellent naturaliter affectibus suis, humanisque sensibus esse superiores, Haec querela, & hoc desiderium satis ostendunt, se nosse, requiri mores innocuos, & puros: sed eodem tempore ostendunt, se nimis humiliter de Christiana virtute sentire. . . . Nimis parum diffusi sumus ad sanctitatem

M m tatem

Sanctitas Christiana institutio essentialis est.

Christianus qua proprie Baptismus Sanctus est.



tatem acquirendam, immo ab ea longe distamus: vis inferenda est studiis nostris, ut ad eam perveniamus; sine gravi certamine, sine iugi vigilantia, sine plurimarum Victiarum successione, que pluribus laboribus comparanda sunt, sperare non debemus, futurum ut illam obtineamus; atque nobis stupor, & impatientia esset occasio, si inertia, atque otium, si vitium immo, atque scelus nos duceret ad Sanctitatem. Nihil æque difficile est, quam esse Christianum. Ab ipsa nativitate peccatores sumus, atque studiis nostris rapimur, ut semper peccatores simus; putandumne est formam, negligentiam, oblivionem, cupiditatem, morem Mundi nos Sanctos efficere posse? Nisi Sanctos esse curabimus, nunquam erimus. *Fiant, non nascuntur Christiani, Sanctus Hieronymus ait. Idem.*

Baptismus est tamquam sigillum Dei, quo hic nos distinguit ab illis qui ad ipsum non pertinent & ex ipsius familia non sunt. Quicumque ex re illud constat sit, quicumque manu imprimatur, eandem semper in cera relinquit imaginem: Quomodo nam ex insula nota intelliges illud, vel aureum fuisse, vel argenteum, vel plumbeum? utrum ab aliquo nobili viro vel ignobili, a docto, vel indocto, a virtutibus prædico, vel sceleribus addito fuerit impressum? eandem semper imaginem exhibet, eandem lineamentam. Quicumque tandem ille sit, qui Dei nota nos signat, abluens baptismate; dummodo hoc præter cum illis cognitionibus quæ sunt communes, & accommodatæ, & requisitæ, vere baptizatus sumus. Ergo si Deus tantam nobis adstruit facilitatem Sacramenti illius, quod est tamquam fatuus hostiæ fundamentum, licet nobis ambigere, an ille salutem nostram desideret? postumne arbitrari, ipsum ea nobis negaturum charismata quibus adeo inæstimabilis gratia succiendenda est? Magna profecto fuisseit Dei Misericordia tantum hoc beneficium conferentis quemcumque Ministrum elegerit, a quo Sacramentum hoc esset conferendum: sed non minimo favori adscribendum est, quod indiscriminata omni hominum generi licere voluerit, ut ex quovis hoc tantum boni reciperemus.

Cur cogitamus, cum JESU CHRISTI militiæ nomen dedimus, Sathane, ac pompis illius fuisse a nobis abrenunciandum; in omnibus corporis nostri partibus signum Crucis impressum fuisse, & Oleo Sacro nos inundatos fuisse; nisi ut intelligeremus nos jam ex Dæmonis servitute ereptos ad JESUM CHRISTUM spectare, sæculi gaudium non esse pro Fidelibus, vitam hanc pro nobis Crucis, & Passionis vitam esse debere; ad quas tamen cum merito, atque lætitia ferendas, dabit Dominus vires, & gratiæ suæ unctionem? Nequequam igitur scandalizamus, ubi hæc omnia accidunt nobis; nonne illa nobis expectanda sunt? Numquid illa distimulamus nos nobis tuam fecit? *In hoc positi sumus. . . . 1. Thess. 3. in hoc vocati estis. 1. Petr. 3. De Monnoret homilia in Oâava Ascensionis.*

Christianus per Baptisma Deo facer est, ac devotus; de servitute Dæmonis eripitur, ut fiat Domini possessio, qui illum apprehendit, & respicit tamquam suum, Christiani, S. Petrus ait, homines sunt; quos sibi elegit Deus quamdam regalis Sacerdoti speciem constituentes, & qui Sacerdotes simul & victimæ sunt; gens Sancta; populus acquisitionis, pro quo acquirendo Deus novissimam utque sanguinis sui guttam effudit. Ad hæc Christianus Sanctus est per sanctificantis gratiæ infusionem, & quod magis est per infusionem ejusdem principii, videlicet Spiritus Sancti. Has omnes certissimas veritates suppono, ut hinc arguam, fidelium peccata multo graviora esse, quam Ethnicorum, ideoque illos eo gravioribus supplicii puniendos, quo ad majorem dignitatem evedit fuerunt. Hæc ratio est discretissimi Salviani, qui in hoc argumento vius est triumphasse. Liguado constat, ait ille, quod sublimior est hominis status, eo majora illius esse flagitia: *criminosior culpa est, ubi bonior status, & quo majorem dignitatis gradum obtinet, qui se se mancipat vitis, eo plures enormitatis gradus ejusdem peccatis inesse: si honorator est persona peccantis, peccati quoque major invidiâ. Joly. propositione pro tertia post Epiphaniam Dominica.*

Sæpe in mentem revocanda sunt ea, quæ pro nominis die bis acta, transactaque sunt ea die, qua sacra Barba unctum primatis unda sumus abluti, quæ quidem fuit dies

adoptionis nostræ, nostræque Spiritualis regenerationis. Hæc præterit dies, o fratres, & quoniam veterum memoria repetit obligationes, quas tunc contaxistis, ut per vosmetipsos faciatis, quod aliena fuit voluntate peractum & ore alieno promissum? Sanctus profecto mos est, eas passim iterare promissiones, ut Religionis Spiritus resuscitet, & nosmet eidem penitus addicamus. Cum infans ad fontem ducitur, filius est tenebrarum; at ubi baptismatis gratiam recepit, filius est lucis. Quamobrem S. Dionysius hoc luminis Sacramentum appellat, & S. Paulus scribens ad Ephesios alludens ad ea, quæ baptismatis eorum die contigerant, hæc habet: *erat in tenebris, nunc autem lux in Domino. Si sciveritis, fratres, quantum in vobis facta fuerit immutatio post baptismi diem, vobis stupor incederet: antequam lustralibus undis ablueremini, eratis tenebræ atque caligo; modo vero cum Sacramentum hoc recepistis, omnino immutati estis, atque inherentes Divino Verbo, quod lux est substantialis, facti estis filii lucis; Idem sermone pro die Purificationis.*

Christiani vocatio juxta Dei mentem est vocatio ad Sanctitatem, & obligatio ad acquirendam Sanctitatem per gratiam sibi in Baptismo collatam: quæ quidem fons est omnium Spiritualium benedictionum, & quæ tamen plerumque nihil pendit. Quis enim ut languentem fidem rursus excitet illius originem reputat? quis vitæ hujus prosperis modestè gaudens remittitur felicem illum sibi fuisse diem, quo Dei filius factus est? quis, ut melius intelligat, ac severius puniat, suam erga Deum severitatem, vel revocat in mentem, vel instaurat promissiones suas? Nomen Christiani gerimus sine ulla consideratione, & sine merito. Nobis hoc privilegium Parentum nostrorum pietas promerita est, quod tamen religio nostra minime sustinet; innocentia, quam sibi recepimus, vigilat, donec per ætatis infirmitatem nobis peccare non liceat; mox affectus animam nostram occupatur. Mundi Spiritus prævaluit, ex quo per ætatem nolmet regere potuimus, & fideles esse delinimus statim ac rationis participes facti sumus. *Fleebier sermone pro die Omnium Sanctorum.*

Christianorum Baptismus longe alius est a Judæorum Baptismo, quemadmodum Sancti Zeno Veronenis animadvertit. Judæus, qui secundum Apostolum, in maris rubri transitu fuit quodammodo Baptizatus, non fuit aquis illius mædæfactus. Sicco pede semper incescit, promissa terra finis erat itineris sui, illa semper ob mentis oculos obverari debebat: sed in Christiano baptizate, in quo facti sumus filii Dei, aquis ablatur. O admirabilem Piccinam! ubi omnia terræ objecta cum quadam subversionis specie videntur; abrenuntiantur vitæ peccati, ut gratiæ vita vivatur; homo verus exiit, ut homo novus induatur: neque licet ultra mundum sequi nisi iuramentum suum infringatur. *F. S. D. L. V. Religio Carmelitæ actionum Christianarum tomo 4.*

Cum in hac vita nullum sit bonum defectus aliquis immixtione minime corruptum, neque ulla conditio adeo præstans, cui nulla calamitas inest; dicere possum nobis accidere tamquam illis, qui sunt divites a nativitate: qui quia minime norunt, quot laboribus opes fuerint congestæ, ut plurimum sunt magis prodigi, quam qui laboribus suis divitias accumulaverunt. Similiter quia nobis Baptismi gratia collata fuit, quin per ætatem eam postulare possemus, & christianorum religionem nadi sumus quin illam quaereremus, pretium illius nequaquam cognoscere videmus; & paucissimi sunt qui diligenter incumbant, ut hac gratia, uti est opus, utantur. *Pater Textier sermone pro feria sexta hebdomadæ primæ in quadragesima.*

Sanctus Chrysostomus ait, quod est Matris sinus ad efformandum pueri corpus in prima illius nativitate, hoc esse Baptismum ad efformandum Christiani spiritum in secunda regeneratione. Vel ut ait Sanct. Leo Serm. de Nativ. JESU CHRISTUS in Sacro Baptismatis fonte admirabilem posuit fecunditatem illi quodammodo similem, quam Beatissima Virgini Sacri sinus recepit a Spiritu Sancto: *Christus originem, quam semper in Utero Virginis, posuit in fonte Baptismatis. Maria fecunditas Salvatorum parit, Sanctus ille Pontifex inquit; & Baptismi fecunditas parit fideles: æternæ salutis destinat; illa prædestinatorum principem, hæc membra Mythici corporis JESU CHRISTI producit, eique fratres attribuit. Dedit aqua, quod dedit*

est revocanda.

Differencia inter Christianorum, & Judæorum baptismum, de quo loquitur S. Petrus.

De regeracione que fit per baptismum.

*Matris; obumbratio Spiritus Sancti, qua fecit, ut Maria pareret Salvatorem, facti, ut regeneret Unda credentem; quo Spiritus de intermaterie Matris Visceribus nascitur Christus, hoc de Sanctæ Ecclesiæ Utero nascitur Christianus. Idem.*

Mihi credite, fratres, idem Sanct. Leo inquit, hoc donum, de quo loquimur, omnia exuperat dona, nihilque majus concipere possumus, quam gratiam hanc, quæ efficit ut Deus hominem filium suum vocet, & homini integrum sit, Deum Patrem suum vocare: *omnia dona excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium & homo Deum nomen Patrem. O summam honoris amplitudinem Sanctus Augustinus Tract. 6. in Joan. ait, quod adoptivus destinatus sit; ut ibi sit, ubi filius unicus, & naturalis; ut quavis eidem minime sit par divinitate, illius tamen sit socius, atque Cohæres in æternitate! Quinam honor, hujus adoptionis virtute coronæ ejusdem participem fieri, eandemque felicitatem possidere! Attamen nos miseris! quam pauci fideles sunt, qui hæc gratiam intelligant, quandoquidem adeo sunt pauci, qui cognoscant ea, quæ Deus sibi præstitit beneficia, cum ipsos Christianos efficit! quam pauci sunt, qui S. Ludovici sequantur exemplum, qui majori habeat in pretio honorem, quem receperat factus Dei filius per Baptismum, quam gloriam, quæ fruebatur tanquam Regis filius atque legitimus florentissimi Regni successor? Quot sunt Fideles, qui sanguinis sui nobilitatem noxia ambitione repentent, qui Majorum suorum gloria intumescant, & qui fallacibus genealogiis suæ sobolis dignitatem commendat? Sed quotusquisque cum gaudio meminit, se quatenus Christianum divinam jactare posse originem, se JESU CHRISTI fratrem esse, & si voluerit, gloriæ ejusdem cohæredem?*

Quid est esse Christianum? hoc jam superius dictum est. Est autem esse Filium adoptivum Dei, & membrum corporis mystici JESU CHRISTI. Nos vero quatenus filii nonne tenemur gestare in nobis vestigia similitudinis, quibus Patrem nostrum exhibeamus? *Imitatoris Dei esse, sicut filii Charissimi. Ad Ephes. 5. Quatenus autem membra Filii Dei, nisi velimus decorare caput nostrum, & esse mystico illius corpore monstrum efficere, nonne vivificari debemus vita gratiæ ipsius, & quidquid agimus, per ministerium sui Spiritus agere? qui dicit, se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. 1. Joan. 2. O Christianæ Religionis Officium, quam male intelligeris! Idem Pater Textier.*

Meminerimus nos in Baptismo factos fuisse Christianos. At, amabo vos, quidnam est, hoc esse Christianum? Sane est, profiteri fidem, & legem JESU CHRISTI: quod satis, superque est, ut hac in re pudore, & confusione suffundamur. Hæc fides, atque hæc lex profecto Sanctæ sunt; profitemur amare velle Deum ex toto corde nostro, & proximum tamquam nosmetipsos; hanc amplectimur morum disciplinam puram, ac sublimem, quam docet Evangelium, virtutem hanc heroicam que nihil carni, aut sanguini tribuit. Agnoscitis JESUM CHRISTUM pro Magistro, ejusque doctrinam vos secutores polliciti estis. Attendite illis officiis, quæ instituti vestri ratio ex vobis exposcit. *Idem.*

Legimus in historia, quemdam Carthaginensis Ecclesiæ Diaconum propter fidem in carcere positum, cum summo animi dolore didicisset adolescentulum Christianum nomine Elpidophorum, quem ipse lustralibus Baptismatis aquis abluerat, Christianam abdicasse religionem, ut ad Veterem Idololatram revertetur, cumque sibi illum convenire minime liceret, ratum fuisse ea die, qua ipse ad Martyrium reperetur, quod supplicium spectari convenisset, futurumque, ut tunc eundem exprobrare sibi integrum esset. Cum igitur mortis lux dies advenisset, pallio suo texit vestem albam, qua Elpidophorum in Baptismo vidisset, hanc illi ostendit vestem dicens: *hæc sunt linteamina, quæ te accusabunt, dum majestas veniet iudicantis. Verba hæc tanta vi prolata fuerunt, ut adolescens perterritus dæmoniâci inquit, & spumas, & ululatus emitteret. Proh summi adeo poterat peccatorum confundi, quid tandem fiet, cum auribus accideret JESU CHRISTI vox ingratitude, atque infelicitatem no-*

Propter receptionem baptismi tenemur filii Dei virtutes imitari.

De his, qui fidem in baptismo susceperunt adheerere.

fram exprobrantis? quid respondebimus, ubi nos ille redarguet, quod Baptismatis nostri juramenta persequimus, & omnia huius Sacramenti Charismata nihil duximus? *Idem.*

Altera hæc nativitas, quam Christi fidelis recipit in Baptismo, & per quam fit Filius Dei, mysterium est omnes humanæ rationis conatus excedens. Non solum legis doctor Nicodemus obstupuit, ubi JESUS CHRISTUS ipsi ait: oportet nasci denuo: sed illi ipsi, quos JESUS CHRISTUS de hac nativitate magis peculiariter erudit, difficultatem invenerunt in intelligenda hac gratia, quam Deus nobis voluit conferre. Hac de causa S. Augustinus in primum S. Joannis caput animadvertit, Evangelium ibi de tribus inestimabilibus mysteriis agere, quæ ultra, citroque sibi conferunt lucem, & auctoritatem. Primum est æterna Verbi generatio in sinu Patris; alterum est temporalis Verbi generatio in sinu Matris; tertium est Spiritus fidelium generatio in aquis Baptismi. Prævidens enim S. Joannes non defuraturam in hoc credendo difficultatem, huic hominis regenerationi auctoritatem ex regeneratione difficiliore conciliat: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Joann. 1. Quid miraris, Sanctus Augustinus ait, quia homines nascuntur? attende ipsum Deum natum ex hominibus. Idem sermone in diem Pentecostes.*

Animadvertendum est prudens discrimen, quod Apostolus inter primum, & secundum Adam apprehendit: *factus est primus homo Adam in animam viventem; novissimus Adam in Spiritum vivificantem.* Cum primus Adam de limo creatus est, Scriptura docet, ipsum animam viventem, hoc est, immortalem recepisse; sed cum Adam secundus in Mundum venit, non solum pro se viventem attulit Spiritum, sed vivificantem, alius etiam vitam conferentem, hoc est mirabile illud carnis, spiritusque commercium, quod in JESU CHRISTI persona factum, ait Sanctus Athanasius. Voluit Dei Filius a nobis carnem recipere, ut nos ab ipso Spiritum reciperemus. *Idem P. Textier.*

Aliquandone cogitatis eam charitatem, quam Deus effudit in cordibus vestris, vobis facultatem præbere voluit intima unione cum Deo conjugendi? Verene Christiani sumus, videlicet cum Christianæ religionis nostræ cognitione? Christiani quidem sumus; quia sacro sumus regenerati Baptismate, quia in Ecclesiam ingredimur, quia Missæ adstantis sacrificio; & extrinsecis quibusdam cæremoniis perfungimur: verum adstene nos Christiani intellectus, Christiana voluntas? cogitamusne, ratiocinamur, diligimus ut Christiani nos decet. *Idem.*

Sanctus Augustinus libro de Civitate Dei post auctorem propheta nescio quem, animadvertit, præteritorum seculorum Heroes divinam iactare consecuisse originem, & hanc opinionem licet confictam illis nihilominus profuisse: *ut humanus animus velut divine stirpis fiduciam gerens res magnas aggrediendas præsumat audacius, agat veementius, & ab hoc impleat ipsa securitate felicitas. Vanitas, Phantasma, Illusio; non diffiteor: sed si hæc fide, atque commentitiæ dignitatis fides in animis Principum adeo valuit, quem sensum hæc fidei veritas in Christi fidelis animo statuta inspiraret? Sum Filius Dei, & aliquando universum Dei Regnum possessurus. Hoc olim argumento Patres utebantur, & illud suggererant iis, qui lustralibus aquis abluerantur. *Idem.**

Sæpius me ipsum interrogare debeo, ubi est fides mea, ubi Sanctitas vitæ meæ? quinam Christiano homine digni sensus? quinam fortis, ac incensus, constans, & generosus animus sanctitate vitæ divinam situationem in baptismo receptam decorandi? Quæ igitur? quæ negligentia? qui contemptus pro illo, quem Patrem nostrum fateri debemus! Quam jute postet ille veterem instaurare querelam, qua olim per Prophetam suum dolebat, filios evitrosi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me! Illis vitam contuli, & nativitatem, illos eo utque exaltavi, ut fierent meæ essentæ participes; sed pro mensura fidei suæ nihil nisi negligentiam, atque contemptum erga me nutritiverunt. Et sane quænam gratitudo, quænam observantia, amor, cura, sollicitudo vobis inest, ut illi placearis? tandemam ipse cognoscere potest vos ipsos esse filios? *Idem.*

Quamvis concupiscentia in naturam quodammodo migraverit, atque peccato tantas vires ad-

Quomodo communi cavit Deus nobis Spiritum.

Cogitatio hæc, quod in sumus Dei si li nos ad ingentia debet impelleret.

Cur concupiscentia ad-

BIBLIOTECA CENTRAL

Quoniam conditione non in Baptismo te respicit.

Sæpe Ba-

MAN